




LATIN
8799



143
n 34.

DE ÆTATE GRÆCORUM CODICUM MANU SCRIPTORUM.

8799.

Subit animum, Deo volente, Conſummam peregere Græcorum codicum manu ſcriptorum; non quidem doctrinæ ſingulis codicibus comprehenſæ; ſed ætatis, qua ſcripti illi eruditorum quorundam judicio, vel ipſius librarij teſtimonio, perhibentur. Nam ad doctrinam quod attinet, Concilia [illegible] Græca conſeximus; ſcripta Patrum Raud leviter quidem expendimus, ſed ſpem tanti abſolvendi operis ætas provectior adimit. Igitur de ætate dumtaxat eorum Codicum, qui ſunt celebriores, ferre judicium aggredimur. Hujus generis in primis ſunt circiter ducenti, quos in Paleographia ſua Græca domnus Bernardus de Montfaucon Benedictinus laudat, deſcriptis optima fide librariorum, ſive, ut appellant, Calligraphorum ſubſcriptionibus: ex quibus codicum ſingulorum ætatem vulgo exiſtimant. Nihil autem eſſe eo judicio incertius fallaciuſve, nunc nobis eſt propoſitum eſt demonſtrare: atque ex illis ipſis ſubſcriptionibus, ſive notationibus temporis, præter alia argumenta, quæ ex ipſa librorum materia petuntur, evinci poſſe contendimus; nullum ex centenis Codicibus, quos vir eruditus profert, ante ſæculum XIV. exaratos, ut arbitratur, ſæculo ipſo decimo quarto vetuſtiorem eſſe: nullum ex totidem, qui ſequuntur, non multo recentiorem eſſe anno eo, quem ſubſcriptio codicis præfert. Ex eo autem conſequitur, vix ullum eſſe ex his codicibus, qui non haberi debeat pro primigenio codice, accuratius poſt adverſaria exarato, ipſiuſmet auctoris juſſu. Exci-

piendi ex hoc numero sunt duo omnino, supra omnem dubitationem vel scrupi suspicionem vetusti scriptores, Homerus & Herodotus; quibus nihilominus similes subscriptiones subdiderunt; vt equalis omnium conditio putetur esse.

Arcanam quamdam scribendi rationem in singulis fere deprehendimus, communem omnibus: quæ consensio studem prodit, & eadem vnius ejusdem cohortis, singulis ex ea scriptoribus communicatam. Quo vero tandem consilio, nisi ad fallendos homines, hæc adhibetur? In eo autem hic posita est ea scribendi ratio, quam arcanam vocamus; quod nomina plerumque sic ex Hebræo derivanda sunt, vt paucis exceptis ex sacra historia narrationibus, sententiam efficiant subscriptiones singulæ Christo Domino convenientem, qualis futurus est in supremo judicio vltor reis sibi a Judæis illatæ. Sic oportet nomina singula ex Hebræo ita deduci, vt vel Christum designent, qualem hic dicimus; vel Judæum, sive perverso ingenio, sive injurijs Christo illatis notum. Potest autem vtraque vox, Christi & Judæi, innumeris modis exprimi, positis definitionibus, quæ alterutri conveniant, pro re definita.

Ob id nunc Græca vocabula, nunc pro Græcis Latina, quæ Græcis respondent, ex Hebræo deducenda sunt; quoniam inde Græca deduci non possunt; & Latina mirifice sententiæ efficiendæ congruunt. Dissecanda propterea in singulas fere syllabas voces singulæ sunt, tum Græcæ tum Latinæ: vt nulla sit prope vox ex Hebræo derivanda, quæ non pluribus constet Hebræis radicibus: aut si vna tantum, perraro sine aliqua litteræ servilis fit. Nam vix solam adhiberi fas.

Sic fuisse ille Arsenius monachus, scriptor iam-

borum, de quo dicemus sub finem operis, vbi se Rabbi monachum, re autem vera Φοξολόγον profitetur, ludit Hebraïce: Græco vocabulo, quo significatur Vedigalis colligitur, diffecto in tres syllabas, ΣΥΛ-Ι-ΓΟΝ: sortem suam monasticam intus deridere se dicit, quam foris exhiberet. Gallice dixeris: Qui porte vn Rabit de Moine, & qui en effet se moque de ~~sa profession~~ son état.

Solæ hic radices Hebraïcæ adhibentur: quibus vocales litteræ ea apponuntur, quas Latina lingua possit, vel Græca, salva significatione radicum Hebræarum: quæ simul deinde ita componuntur, vt vnam præbeant Latinæ orationem congruam: vt ער in exemplo proxime allato, ex גור sor: & עה hua: & ΣΥΛ deridere, fit, Qui sortem suam deridet. Ad efficiendas autem ex nominibus Græcis Latinisve sententias, eodem illa nomina collocanda sunt ordine, quo sunt in singulis subscriptionibus. Hunc subinde nominum ordinem inuertit Montfaconius, cum ab vsu vulgari abhorrere eum intelligeret: sed nesciens hunc ordinem ex industria fuisse ab artificibus adhibitum ad sententiæ ex illis ~~obscuris~~ eliciendæ concinnitatem.

Et masculina quidem nomina vel Christum significare oportet, vel Iudæum; Synagogam, feminina. Sed Kal masculino, more Hebræo, sæpe præponitur femininum; vt sæpe קם pro נקם: & עמדה pro עמד. Et futurum pro præterito: & figurativa feminini futuri pro masculino. Gutturalis vna, & interdum gemina littera sequente altera, elidituer. Littera ה initio posita pro articulo demonstrativo qui, sonat vt q. ה & ה de ו pronuntur pro relativo pronomine qui vel quæ: quod sæpius subintelligitur. Littera ת nunc sonat leniter, vt in ΣΥΑ: nunc aspere, vt in Cham. Littera ע interdum valet gh: quemadmodum in Gaza, Gomorrha, Phegor, similibusque. Nullum est fere

monumentum supposititicium, in quo non aliquod saltem secundum has leges derivetur nomen ex Hebræo. Sed nec pauca sunt, quæ innumeras habent voces sic derivandas. Nunc in his igitur Græcorum codicum subscriptionibus periculum faciamus.

EXAMEN ÆTATIS CODICUM GRÆCORUM MANU SCRIPTORUM, quos laudat Montfaconius Benedictinus, in Palæographia Græca.

§. 1.

Codices scripti, ut creditur, ante seculum nonum.

1. Vetustissimus codex Græcus, quem laudat Montfaconius Benedictinus, pag. 39. Cæsareus est, Dioscoridis opera complectens: Hunc ait seculo sexto ineunte descriptum, ad usum Julianæ, ut vocat, Augustæ; ut Lambecius, ~~[illegible]~~. ex quo id Montfaconius accepit, Julianæ Anicæ. Nam forma ac fortuna illius Codicis prolixe narratur a Lambecio, ~~pag.~~ tomo 2. ~~[illegible]~~ Bibliothecæ Cæsareæ; ubi vbi is codicem illum nunc esse pronunciat annorum ducentorum supra millenos. Lambecium describit Montfaconius, pag. 195. ~~[illegible]~~ seqq.

Pag. 1. primi folii. Scriptum est ~~[illegible]~~ minusculis litteris, & manu recentiore, codicem hunc a quodam Joanne ~~[illegible]~~, ne prorsus periret, compactum fuisse, anno mundi ~~[illegible]~~ secundum calculum Ecclesiæ CP. 6914. hoc est, anno Christi 1406.

Pictura sexti folii, pag. 103. ternas effigies femineas exhibet: media sedens in throno, qualis est in sigillis Regum Francorum, gestat in capite coronam regiam, cujus forma nunquam est in Oriente visa;

in Occidente autem non ante seculum duodecimum. Gestat de auribus suspensos vniones more Gallico, non Græco coste. A dextris quæ stat, Μεγαλοψυχία inscribitur; Magnanimitas: quæ a sinistris, & librum sinistra tenet, Φρόνησις, Prudentia. Ejus quæ media sedet, nomen est in sparsis per oras tabellæ angulos litteris hic IOYΛIANA. ita vt prima littera vertici sedentis imineat. A dextris ad genua quæ librum apertum ei effert Cupido alatus, Biblia sacra coste, Πόθος τῆς Σοφίας Κτίσεως. Amor Sapientiæ Creatoris nuncupatur. Sub Cupidine femina jacet amictu albo tota obvoluta, prostrata adeo demisse, vt frons pedem Iulianæ sedentis contingat. Inde Lambecius & Mon. falconius, colligunt scriptum fuisse hunc hunc codicem seculo ineunte sexto; quoniam Julianam hanc non aliam censent esse, quam Julianam Theophanj memoratam, anno Anastasij vicesimo secundo, pag. 134. eamque Julianam Aniciam Augustam esse pronunciat. At neque Julianam vel Aniciam vel Augustam aut Theophanes, aut interpretes ejus Anastasius Bibliothecarius & Paulus Diaconus vocant; sed dumtaxat περιφανεστάτην de illustrissimam: nec satis aperte aut satis honorifice princeps femina absque titulo designaretur solo nomine: nec denique Iuliana Græcum nomen, sed Latinum est.

Iuliana non aliud hic quam Juliane est, sed allegorice intelligenda; non alia vtique, quam Judaïca Synagoga: Quæ maledixit afflicenti se, Christo nimirum: derivato, vt memonuimus, Latino nomina, ex ארר-נאר: est enim נאר apud Ebr., maledicere: נגע affligere: ל autem initio præfigitur; vt in nominibus Isaac, Jacob, similibusque. Procumbens velataque femina, cui superscribitur, Εὐχαριστία & cetera quæ legi non possunt, Judæa est, quæ tutelam suam Judaïca Synagoga acceptam refert.

Inanis ergo conjectatio est, qua ex Iuliane solo nomine vetustatem hujus codicis colligit. Annus ille ipse, 1406. quo campanus dicitur, ne dilaberetur, annus est quo scribi desijt. Postea vero vel furto sublatus, vel alio casu delatus Constantinopolim est, vt alij certe non pauci, vt ibi scriptus fuisse crederetur. At nihilo fere minus distat a Graeca Constantinopolitana ve scripta, scriptum codicis hujus, quam Hebraica distet a Graeca. Liquido apparet ex specimine pag. 309. manum Latini hominis Graece scribentis esse, non hominis Graeci. Hoc discrimen collatione Graecorum numismatum cum hoc codice se manifesto oculis prodit.

Jam nomen illud ipsum, quod iste velut larvam assumsit, qui librum a se compactum fuisse gloriatur, ex ea illum improba & fraudulenta cohorte prodit esse, quae innumera suppositicia monumenta cudit. Nam ea sic nomina, vel titulis vel subscriptionibus imponenda, aliave plurima, sic legit, vt bina ea vel terna conjunctim & ex Hebreo, vt diximus, derivata, Christum Dominum significent, vltorem futurum injuriarum sibi a Judeis illatarum. Hoc iste egregie praestitit. Sic enim ait: Dioscoridem hunc compegit

Χοστασμένος Ιωάννης	} Judeos Christus afflget.
jussu Nabavanl νοσοχόρω	} Perrubiet affligentes se Christus Judeos.
ἐν τῷ Ξενῶνι τῇ Κελλη.	} Odio habebit affligentes se Christus.

Χοστασμένος Graeca lingua vulgari nihil aliud nisi hominem saturum significat; quamvis, nescio quo auctore, Montfalconius alumnum vertit. At hic ex Hebreo derivatur, חרתה-עצם-ענה: vt Judaeum significet, qui fratres conterit affligentes se. Hoc enim Judaicum

certe ingenium est. Joannes semper derivatur ex יוחנן-יה. Et יה & ישוע pro Christo ponuntur, qui Deus est. Nathanaël hic derivatur ex יהונתן-אל: verbum autem נחת privatiet est, Jerem. ~~xxxiii~~ xxi, 13. Νοσοκόμος est ~~ex~~ hic ex Hebræo, נאץ-יקוה-הם: vt Judæum significet, Qui jre irritantes se affligens conterit. Ξενῶν hic fit ex יונה-שוע. Κρίνης fictum nomen est ex חרה-אלה: vt Christum significet, Qui jratus maledicet. Datum jd deinde nomen est viris principibus, apud scriptores historiæ Byzantinæ. Qui sunt autem qui sic nomen occultant, nisi mendaces, de ~~scripti~~ librorum sacrorum vetustate ~~suum~~ suum facientes hominibus litterarum amantibus?

2.

Secundum antiquitate codicem Montfalconius ponit eum, pag. 40. qui nunc est Collegij Parisiensis Societatis IESV; quo Prophetæ continentur. Ante Ezechielem dicitur codex descriptus ab ~~ex~~ exemplari abbatis Apollinarij Cœnobiarchæ, ex editione Hexaplorum, & Origenis Tetraplis: quæ nos Hexapla & Tetrapla alibi ostendimus esse confita sæculo decimo tertio, ad labefactandum ganionum sacrarum litterarum contextum. Hunc tamen codicem censet Montfalconius septimo circiter sæculo descriptum ex illo Apollinarij exemplari. At in Prælimin. ad Hexapla Origenis, pag. 46. ~~dicitur~~ dicit jdem sæculo circiter octavo, vt ex charactere formæ existimatur. Ad eo incerta ex scripturæ genere est, in his qui creduntur vetustiores libri; vera æstimatio vetustatis.

Allata ~~est~~ adnotatio ante Ezechielem & ante Isaiam Græce scribitur: Μετελήφθη ἀπὸ ἀντιγράφου τῶ Ἀββᾶ Ἀπολιναρίου τῶ κοινοβιάρχου: vt tria hæc nominum nomina præbeant hanc sententiam:

Abbas	Abscondet se
Apolinarius	Christus
Cœnobiarcha	principibus Synagogæ.

Scilicet cum dicturus est eis, Discedite a me maledicti, Abbas ibi ex Hebreo אבה derivatur. Apolinarius, qui & Apollinaris, ex חרה-עזה-לחם-שחר: vt Christum significet, qui adhuc maledicet affligentibus se iratus. Cœnobiarcha, (vnde alioqui hic superflua, cum abbas præcesserit; nisi id quoque vocabulum diuinæ arcana sententia postularet.) vox est composita ex κοινόβιον, monasterium, & ἀρχὸς princeps. Pro principe Synagogæ hic ponitur: vt & monasteriuma in his omnibus titulis pro Synagoga est: quippe in qua Iudæi vnanimes habitarent.

Sequitur in eodem codice: Pamphilus & Eusebius correxerunt: Conjuncta passim nomina duo ob eam sententiam:

Pamphilus	Conteret segregantes se
Eusebius	Christus.

Pamphilus derivatur ex חלה-דעה. Ejus segregarunt e Synagogis suis Christum Iudæi. Eusebius pro Christo ponitur, qui dividentibus se abscondet se: nomine derivato ex ה-חצה-חבה.

3.

Seculi septimi vel octavi esse colligit ex forma characteris codicem Colbertinum 5149. ex insula Cypro advectum anno 1673. Quatuor Evangelia complectitur cum Synaxarijs. Character non est vt in præcedenti, quadratus, sed oblongus & rectus. Scribæ nomen non comparet. Verum hæc supersunt integra: Προοδίξη ταύτην ἡ παναγία Θεοτόκος, καὶ ὁ ἅγιος Εὐτύχιος. Vbi Eutychius Christus est,

Qui conteret affligentes se; derivato nomine ex חקק-חתת-ה. Synaxaria autem scripta non sunt ante seculum decimumquartum: aut cum citissime, tertio decimo desinente.

§. 2.

Codices nonj seculj, vt putant.

4. In Monasterio S. Michaëlis in Lotharingia, Psalterium est Græce scriptum a Sedulio Scotto; quem Hepidanus S. Galli monachus floruisse refert anno 818. In fine codicis, eadem manu (ac prinde manu librarij, non auctoris:) legitur: ἐγὼ Σεδούλιος Σκότος ἔγραψα. Græcum Psalterium nullum fuit ante finem seculj duodecimj. Hepidanus fictum nomen est, & vnj tantum fictæ personæ datum: fictum autem ex Hebræo, רדף-הגה-עזר: vt Christum significet, Qui adhuc removebit occidentes se; Judæos scilicet, quibus dictum est, Discedite a me maledicti. Sic & Sedulius Scottus (sic enim jn libris mss. tum Græcis, tum Latinis, scribitur, ne Scotus credatur e Scotia:) Christus est:

Sedulius Scottus } Qui removebit maledicens Judæos.

Sedulius fictum nomen est ab adjectivo sedulus. vt derivetur ex Hebræo חשד-הגה-ו. Scottus ex וסק-ו: vt Judæum significet, Qui aversatur, Qui abominatur, Christum vtique. Sic ego Sedulius Scottus scripsi, idem valet atque, ego Christus, & vt interpretantur hoc verbum, ego Veritas scripsi.


5. Codex Regius 1809. jngentis molis, elegantiæ singularis, Gregorij Nazianzenj opera complectitur, ad vsum Basilij Macedonis Imperatoris; cujus effigies cum tota familia jn fronte libri cernitur. Tabulas continet quinque & quadraginta, auro fulgentes, pictura eximia.

Verum Basilius Macedo Imperator, aut (vt jn pictum hujus Codicis legitur,) Βασίλειος Δι ϛ θεοτπς, Constantinopoli nullus fuit, nisi jn supposititijs libris & annalibus, Vide Numismata seculi Constantiniani. Et opera Gregorij Nazianzeno attributa, partus sunt seculi demum quarti.

Pagina 2. folij secundj, tertia Tabula, & quarta folij tertij, Crucem exhibet hujus formæ:

IC	XC
NH	KA

Hoc est, Ἰησοῦς Χριστὸς νικᾷ. Est enim jbi jmperite, & Gallica manu, non Græca, νικᾷ pro νικᾷ: quia sonus jdem est utriusque litteræ, η & ι. IESVS Christus vincit. At ponitur Basilius regnasse ab anno 866 ad annum 886. Ea autem formula originem cepit ex victoria Christianorum de Saracenis, capta Hierosolyma: & occasione regnj jbi constituti: nec apparet jn veteribus nummis vel sigillis, ante annum circiter 1158. quo legitur jn sigillo Canonicorum sancti Sepulcri, apud Gretserum, jn Hosto S. Crucis, pag. 107. hæc forma sigilli plumbei:



Ex illo tempore ne jn sigillis quidem Patriarcharum Hierosolymitanorum visitur, aut aliter quam Latine, aut ante tempora divi Ludovici Francorum Regis: cujus jn moneta aurea cæptum est scribi, CHRISTVS VINCIT, CHRISTVS REGNAT; CHRISTVS IMPERAT. Non potuit

jgitur ea formula, ΙC ΧC ΝΙΚΑ seculo Christj nono. Et jnanis prorsus conjectatio est de vetustate Codicis ex falsa picturæ Basilij Macedonis.

In picturis hujus Codicis jungitur cum Basilio conjux Eudoxia: quo nomine nulla fuit jn veteribus nummis Græcis sive Δέσποινα, sive Augusta.

In tertio folio, pag. 2. Βασίλειος Δεσπότης. A dextris, ὁ ἅγιος Ἠλίας. A sinistris, ὁ ἀρχιστράτηγος Γαβριήλ. Atque ἀρχιστράτηγος solus S. Michaël appellatur: de quo hunc versum recitat eruditissimus Du-Cangius jn Glossario Græco:

Ἀρχιστράτηγος τῶν ἄνω στρατευμάτων:

præter alia, quæ affert testimonia. De Gabriele nusquam jd legitur.

6. Codex Colbertinus 340. Vitas Sanctorum ex quatuor mensibus continet. Scriptus dicitur mense Aprili, Indictione VIII. anno 6398. qui est Christi 890. At vitæ Sanctorum, Græcæ præsertim, ante seculum XIV. nullæ sunt. Indictio jnventum, opinor, est seculi duodecimj jam multum provecti, apud Latinos: apud Græcos autem numquam, præterquam jn supposititijs monumentis, fuit. Annus autem mundj non ante jd tempus jn Occidente fictus, ad Græcos pervenit, aut alibj legitur, quam jn iisdem libris jn orbe Latino scriptis. Hujus Codicis scriptor Anastasium se vocat, se Servatorj Christo se commendat, precibusque Deïparæ. Is silicet Anastasij nomine prodiit, Sanctorum se susceptatorem esse, quorum vitas, prius obscuras, describit. Est enim Anastasius ab ἀναστάσεως resumptio. Primus hic seu vetustissimus Codicum existimatur esse, jn quibus annus mundj clare signatus adnotetur. Id vero magno factum usui est. Nam si constat has Sanctorum Vitas seculo nono scriptas fuisse, simul auctoritas conciliatur omnibus fere priorum temporum scriptis, quæ jn his Vitis saltem oblique commemorantur, vel commendantur.

7. Codex San-Germanensis, Vitas Sanctorum mensis Augusti continet. Amanuensis se hominem Latinum prodit esse, & qui Græce nesciat, cum hic subscribebat: Κύριε βοήθει τῷ σῷ δούλῳ Στεφάνῳ τὸν γράψαντα, ἀμήν. Nam fuisse hominem Græcum adeo linguæ suæ ignarum, qui tamen pingere non inconcinne posset, ex incredibilibus est. Nono sæculo datur hic codex a Montfaconio: sed Vitas Sanctorum, ut diximus, Græca præsertim, ante sæculum decimum quartum nullæ fuere.

§. 3.

Codices sæculi, ut putant, decimi.

8. Codex Regius 2271. vbi Clementis Alexandrini, Justini Martyris, & aliorum opera continentur sunt, in fine habet: Ἐγράφη &c. Scriptus est manu BAANOYC Notarii Aretæ Archiepiscopi Cæsareæ Cappadociæ anno mundi ͵ϛτϛ χόϛ. μϐ ϛ υχϐ΄. 6422. qui est Christi 914. posito Christi natali post annum mundi 5508. At omnis notatio temporis in manuscriptis Græcis ante sæculum decimum quartum est falsa. Hanc autem efficiunt nomina ista sententiam,

Bahanes	Christus
notarius	percutiet inimicos:
Aretæ	iratus conteret
Archiepiscopi	principes sacerdotum
Cæsareæ	Hierosolymæ
Cappadociæ.	Judæa.

Bahanes fictum nomen est ex בחן-עזה: ut Christum significet, qui inquirit affligentes se. Notarius hic derivatur ex נחה-עזר. Est enim נחה percutiet, Jerem. xxi, 13. ubi jam diximus, n. l. Aretas derivatur ex חרה-חתה. Nomina civitatum omnia pro Hierosolymis ponuntur; provinciarum, pro Judæa: quoniam de Judæis ubique in his titulis sermo est.

9. Codex Regius 1965. in quo Joannis Chrysostomi

Homiliæ sunt. In fine legitur: ἐτελέσθη χειρὶ Στυλιανοῦ τοῦ Τάλανος, εὐλαβεστάτου Καλοκύρου πρωτοσπαθαρίου. Sequentia legi non possunt, usque ad ζ'. μηνὸς Ἰανουαρίου, die 7. mensis Januarij, Indict. XII. ἔτει κόσμου ϛυμζ'. anno mundi 6447. Christi scilicet 939. imperantibus Romano, Constantino Porphyrogenito, Stephano & Constantino, Christi amantibus Imperatoribus; Patriarcha autem Theophylacto filio Romani ἀειμνήστου Imperatoris. Scita omnia. Nulli fuere hoc ævo, ut nummi veteres Despotarum Byzantij docent, ijs nominibus Principes in ea civitate, nedum Imperatores. Pars prior his nominibus præbet hanc sententiam:

Στυλιανοῦ
Τάλανος
Καλοκύρου
πρωτοσπαθαρίου

Judæum
suspendentes se affliget
Christus
Rex Judæorum.

Stylianus scitum virij nomen est ex תלה-ענה-ש: ut Judæum significet, Qui suspendit affligentes se. Τάλανος derivatur & similiter ex תלה-ענה. Calocyrus scitum pariter est virij nomen ex καλὸς & κῦρος, quod Galli dixere, Beau Sire; ut derivatum ex Hebræo קלה-עקה-עיר: Christum significet, Qui comburet affligentes se inimicos: cum dicturus est eis: Discedite a me maledicti in ignem æternum. Denique πρωτοσπαθάριος pro Principe atque adeo pro Rege Judæorum ponitur. Est enim πρῶτος princeps; σπαθάριος autem scita vox est ex שפה-חת-ערי: ut Judæum significet, Qui conterens conterebat inimicos. Deinde scriptores rerum Byzantinarum ex eo officium fecere Aulæ Constantinopolitanæ; quoniam ad terribilem sonum in ore vox est. In fine libri legitur hoc distichon:

Ὡσπερ ξένοι χαίρουσι πατρίδα βλέπειν.
Οὕτως καὶ τοῖς κάμνουσι βιβλίου τέλος.
Ut peregrini gaudent conspectu patriæ,
Sic laborantes libri conspecto fine.

Legitur & in fine Codicis Colbertini, de quo dicetur n. 42.

10. Codex Dominicanorum S. Marci Florentiæ: Expositiones continet Chrysostomi in Evangelia. In fine dicitur scriptus, ἐξ ἐπιμελείας μὲν Γεωργίου τοῦ θεοφιλεστάτου ἀρχιερέως καὶ πρωτεπισκόπου Εὐρίπου. Διὰ χειρὸς δὲ Σισιννίου τοῦ ταπεινοῦ πρεσβυτέρου καὶ δευτερεύοντος καθολικῆς ἐκκλησίας, die XV. Aprilis, Indict. I. anno ϛυνά, 6451. qui est annus Christi 943. Duplex hic sententia est: ambo Christum describunt:

Γεώργιος ἀρχιερεὺς καὶ πρωτεπίσκοπος Εὐρίπου — Qui superbos interficiet principem sacerdotum de summum Pontificem Judæa.

Georgius pro Christo ponitur, Qui superbos occidet: derivato nomine ex יהוה-הרג: sic Paulus de novissimo Pontifice Judæorum prædixit, 2. Thess. 2, 8. Ille iniquus, quem Dominus יהוה interficiet spiritu oris sui. Euripus, hoc est, Euboea, ut nomina provinciarum omnia, ponitur pro Judæa.

Σισιννίου πρεσβυτέρου καὶ δευτερεύοντος καθολικῆς ἐκκλησίας. — Qui dividentes se affliget sacerdotes Judæos de Levitas universæ synagogæ.

Sisinnius derivatur ex שנא-חצה-ש. Dividunt Christum Judæi, qui hominem eum fatentur esse, Deum negant. ✠ Δευτερεύοντες, sive secundus ordo, Levitæ sunt: non secundarij Ecclesiæ Catholicæ, ut vertit Montfalconius. Nam quis ille sit ordo in Ecclesia, nemo scit.

Alter in eadem Bibliotheca, ex eodem Euripo advectus codex, notat obitum Grammatici Barsanis, anno 1336. ut ibi dicemus: argumento non improbabili, post hunc annum ambos codices scriptos fuisse.

11. Codex Colbertinus 399. Chrysostomi in Matthæum. In fine legitur, Die 27. Octobris, Indict. XIII. anno mundi 6463. qui est Christi 955. διὰ χειρὸς Ἰωάννου ἐλαχίστου πρεσβυτέρου: manu Joannis minimi presbyteri, ut

✠ Hi solvunt ἄγιον, et Joannes loquitur, 1. Joan. IV, 3.

quidem verbis Montfalconius. At sententia conjuncta ipsa hæc nomina sunt, vt præbeant hanc sententiam:

Ἰωάννης	Christus affligens
ἐλάχιστος	dividentes se dividet
πρεσβυτέρος	seniores proprij Judaïci.

Hi sunt enim qui Christum dividerent, vt diximus. Hos ipse dividet, & partem eorum ponet cum hypocritis, vt ait apud Matthæum, cap. XXIV, 51. Ἐλάχιστος ob id derivatur ex הצעיר-קלה. Pagina sequente legitur: Restaurator autem est Indictione V. anno 6650. (qui Christi 1142.) jussu ὁσιωτάτου μοναχοῦ κλήμεντος καὶ ἀμαρτωλοῦ, καθηγουμένου δὲ τῆς ἐπιβασίας μονῆς τῶν ἱερέων. Conjuncta hæc nomina sunt, vt Christum significent:

Clemens	Qui comburens conteret affligentes se
peccator	Judæos
Præfectus	Præpositus
venerabilis monasterij	venerabilis collegij
sacerdotum.	sacerdotum.

Hoc est, Principes sacerdotum, qui eum morte damnarunt. Aliud τῶν ἱερέων nunquam monasterium nullum vsquam fuit. Clementis hic derivatur ex הקלה-הכם-עונה. clemens, ex עון-הכם-הלה: Qui comburens conteret condemnantes se. Peccator pro Judæo, quia Judæi gens peccatrix est, Isaï. 1, 4. Monasterium pro synagoga, sive coetu ecclesiastico est.

12. Codex Regius 3424. elegantissime scriptus, cum picturis, quatuor Evangelia complectitur. In fine legitur altera manu, sed non multum inferioris ævi, inquit Montfalconius, τῆς ἀφθόνου Νικηφόρου τοῦ βασιλέως τοῦτου. Scriptus est Nicephoro regnante, Indictione VII. notis Græcis. Vnde colligit idem librum scriptum esse anno 964. Nicephoro Phoca regnante. At Nicephori hoc ævo dynastæ Byzantij nullus fuit.

Nicephorus regnante, hic est, Regnante Christo: ac prinde seculo XIII. vt cum citissime; coepta est enim sub Fr. Ludovico Rege hæc formula vsurpari. Nicephorus hic derivatur ex נכה-כור: vt Christum significet, Qui percutientes se, sive Qui flagellantes se conteret.

13. Codex Colbertinus 449. Basilij Magni opera. In fine, scriptus est hic liber propria manu Niceta Protospatharij, qui fuit Drungarius τῆς πλωΐμης .... filius Michaëlis Patricij, Προεποσίτου καὶ Βέγλα: qui fuit Protovestiarius Nicephorij τοῦ φιλοχρίστου δεσπότου, cum esset ipse in carcere Asiæ ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ Ἀσίας, mense Septembri, Indict. I. et oblatus est ecclesiæ sancti & gloriosi magni Martyris Georgij τοῦ Ὀρμιάτου, prope Θεοπόλιν. Efficiunt nomina ea has sententias:

Nicetas	Christus
Protospatharius	rex Iudæorum
Drungarius	Iudæos
τῆς πλωΐμης.	segregabit oderentes se.

Nicetas hũ derivatur ex נכה-חתה: vt Christum significet, Qui percutientes se conteret. De origine protospatharij diximus n. 9. Drungarius, fictum nomen est ex ירה-ענה-ירה-ד: vt Iudæum significet, Qui contenere gaudet inimicos. Drungarij deinde nomen visum est, scriptoribus fabulosis rerum Græcarum, posse transferri ad officia quædam militaria: quoniam & novitate sua & originis obscuritate fidem vetustatis faceret historijs Græcis. Non est hic πλωΐμης rei nauticæ, vt vertit Monsalcinius: sed vox Græca visa fortasse, quæ ex Hebræo נכה-הם-ד derivaretur. Sequitur:

Michaël	Christus
Patricius	Iudæorum
Præpositus	principes
καὶ Βέγλα	maledicens dividet:

Michaël, Hebraïce, Quis vt Deus? Christus est. Patricius, pro Iudæo ponitur, Qui ex patribus, sive quorum patres, vt Paulus loquitur, Rom. IX, 5. Καὶ Βίγλ: vox est filtra Græce ex Hebræa קנה-חצתה. Hinc deinde Βίγλ nomen ad Aulicam Dignitatem transtulere Historici Byzantini scriptores; sed cujus muneris non indicatur a scriptoribus, inquit Du-Cangius in Glossario, verbo Βίγλος. Iudæos ergo Christus dicens, Discedite a me maledicti, dividet, vti jam diximus, ex Matth. XXIV, 51. Deinde

Protovestiarius Nicephori Despotæ } Principes sacerdotum percutientes se conteret Dominus.

Protovestiarius festive dicitur, Qui primarias vestes gerit, quales sunt in libris sacris vestes Principis sacerdotum, Principes igitur sacerdotum eo nomine designantur; de quibus Matthæus, cap. XXVI, 3. Tunc congregati sunt principes sacerdotum &c. Nam hi Christum Dominum percussere, cum morte damnarent. Hæc prima origo Protovestiarii est. Deinde translata vox ea est a scriptoribus Historiæ Byzantinæ ad nescio quam Dignitatem Aulicam, vt nova ipsam egregie fuisse ea credatur. De Nicephori Hebræa origine dictum est n. 12. Denique tria sequentia nomina pariunt hanc sententiam:

Ὀσιάθ Θεοτοκ. } Patribus occidet Iudæos Christus.

Vere sanctus & gloriosus magnus martyr, qui Christus hic est, vt supra, n. 10. Ὀσιάθ sictum nomen est ex חתה-ירה: vt Iudæum significet, Qui inimicos conterebat. Θεοτοκ. voce mutila de industria; quoniam sic ad ænigma fuffecit. Christus enim ea abunde designabat, Qui in forma Dei fuit, vt Apostolus loquitur, ἐν Θεοῦ μορφῇ.

Hinc fictus locus Θεοφυλ. Et Georgium ænigmatis artifex prave Θεοφυλ. quia Christus summo sane conjunctissimus Dei forma fuit. Postea adnotatur annus 6479. qui est Christi 971. Indictio XIV. At eo anno nullum agnoscit Nicephorum Despotam Historia Græca sive Byzantina; ac mendacem esse prinde haberi necesse est hujus subscriptionis opificem, nisi Dominum Christum ænigmatice, ut diximus, intellexit. Fallacem quoque esse apparet vel uno eo argumento conjecturam de veritate codicum, ~~quae scripsit~~ petitam ex vel ex notatione temporis, vel ex forma characteris, qui ei anno tribuitur.

14. Codex Laurentianus, sive Mediceus, Operum Chrysostomi, pluteo VIII. scriptus anno mundi 6481. (qui fuit Christi 973.) a Joanne sacerdote. Integrum vellem dedisset subscriptionem Montfalconius. Atramentum priscum, inquit, servavit nigrorem suum: nigror potius falsam esse notationem temporis arguit, ex qua priscum Montfalconius priscum censuit esse atramentum.

15. Codex Benedictinorum Florentiæ, in quo Acta Apostolorum: habet in fine, Indictione XII. anno 6492. qui est annus Christi 984. Διὰ χειρὸς Θεοφυλάκτου πρεσβυτέρου καὶ νομοδιδασκάλου. Christum hoc nomina tria designant:

Θεοφύλακτος, πρεσβύτερος, καὶ νομοδιδάσκαλος } qui errantes, tres adhuc maledictionis exsecrationisque spectatores, seniores propuli & legis doctores.

Decrevi scribam finxisse & Θεοφύλακτον & πρεσβύτερον & legis doctorem. Θεοφύλακτος ex Hebræo derivatur, חכתה-אלה-עד-עת. Nam in his ænigmatibus nomina Christum significantia, ultorem eum exhibere debent injuriarum, ut diximus, ~~Iudæis sibi illaturarum~~ a Judæis sibi illatarum. Errantes Judæi sunt; de quibus David cecinit, Semper hi errant corde.

16. Codex monasterij Cryptæ ferratæ, in quo Isidorj Pelusiotæ epistolæ. In fine legitur: Μνήσθητι κύριε ὁ θεὸς τῷ γράψαντι Παύλῳ .... εὐχαῖς τῷ ἐπιτρέψαντι πατρὶ κυρίῳ Νείλῳ. Memento Domine Deus Pauli qui scripsit ..... precibus ejus qui fuit patris domini Nili, anno 6494. (qui est Christi 986. coeptus a Septembri anni vulgaris 985.) 27. Novembris, die ἑβδόμῃ sexta hebdomade. Hic duo tantum nomina sunt ad sententiam efficiendam consociata.

Paulus } clamantibus maledicet
Nilus } Christus.

Judæis utique, qui clamavere, tolle, tolle, crucifige. Derivatur ob id Paulus ex Hebræo, תלה-תלי. Nilus filium viri nomen est, ex תלי: ut Christum significet, Qui ascendit: ex æthere sublimis maledicet.

17. Codex Colbertinus 928. in quo Dionysij opera. In fine, die VII. Januarij, Indictione V. anni 6500. (Christi 992.)

18. In supradicto monasterio Cryptæ ferratæ, opera S. Maximi. In fine, anno 6500. (Christi 992.) Indictione V. Lucas Præfectus Monasterij, quod vocatur Sancti Patris Zaxxaiou in Mercurio, mensis Novembris vicesima .... obdormivit die sabbati & sepultus est in narthece Sancti Angeli; qui locus dicitur Bellelucium, cum Barnaba Præfecto, & Neophyto calligrapho, Theognosto πολυμαθεῖ, Nauclerio, Andrea, & Marciano, fratribus. Is qui supra memoratus est, hunc librum scripsit. Voces quinque priores consociabiles circo sunt, ut hanc efficiant de Christo sententiam:

Lucas	Affliget
Præfectus	principes
monasterij	synagogæ
Zachariæ	Christus,
in Mercurio	persequens inimicos.

Lucas hic derivatur ex עקה-ל: vt significet, Qui in affligendo. Zacharias pro Christo ponitur, Qui subsannabit inimicos: nam Dominus subsannabit eos, psal: 2. derivatu ob p° nomine ex זחק-צ. Monasterium Zachariæ aliud alibi hic fit, nemo scit. Mercurius, ex ערק-ע-מ. Hinc fictum ibidem loci nomen est, sed Geographis ignotu, τὸ Μερκούριον.

Sequitur alterum genus ænigmatis, in quo Judaismus ponitur, qui secundum litteram est, & qui secundum spiritum, vt Paulus docuit. Lucas hic etiam Judaismus secundum litteram est; qui sepultus dicitur in naribus sanctj Angeli, hoc est, in introitu Judaismj secundum spiritum: qui locus dicitur Balleleucium, hoc est, Judaismus secundum litteram, Qui viris maledicit affligentibus se: ficto vocabulo ex עקה-אלה-נעל: quique cum fratribus sex, qui appellantur, septenarium numerum facit: eo quia Judaismum septimj diej cultorem designat. Hæc de his magis satis.

19. Codex Laurentianus. pluteo LXIX. Vitæ Plutarchj: scriptus dicitur a Georgio Cubucleſio, mense Julio, anno 6505. (christj. 997.) fictum librarij nomen est:

Georgius	Christus
Cubucleſius	maledicentes sibj comburere
	faciet.

Georgius pro Christo ponitur, vt n. 10. Cubucleſius ficta vox est ex קבה-י-קלה-עשה. Ex ea voce deinde fecere Græci mediæ (vt vocant) & infimæ ætatis scriptores Dignitatem Ecclesiasticam: sed cujus officium

non omnino certum esse ait Vir eruditus Du-Cangius in Glossario Græco. Habetur epistola CIV. Photij inscripta Γεωργίῳ Διακόνῳ καὶ Κουβικλησίῳ: hæc sententia:

Georgius	Christum
diaconus	Judæos
Cubiculesius	maledicentes sibi combibere facit.

Diaconus ex ~~Judæo~~ Hebræo דיין-דיין-דין: Judæum significat, Qui affligit afflictantes se. Ex Latino epistolæ Photij fabulæ sunt Græcæ, ~~atque~~ eque ac pleraque saltem mediæ, vt loquuntur, de insimæ Græcitatis opera.

20. Codex Colbertinus elegantissimus, Eusebij Cæsariensis Historiam Ecclesiasticam complectitur. Datæ operæ deraptus est annus, quo librarius credi vellet se scriptum a se librum fuisse: metuente eo, ne ex scripturæ elegantia mendacij argueretur. Tantum superest quod integre legatur, ἐγράφη &c. Scriptus est hic liber Ecclesiasticæ historiæ Eusebij Pamphili. Quid autem hæc nomina duo significent, diximus n. 2.

21. Codex pulcre exaratus in Bibliotheca S. Justinæ Patavij: Homiliæ sunt S. Basilij in Psalmos. Ἐγράφη ἐπὶ βασιλέων Βασιλείου καὶ Κωνσταντίνου. At nulli fuere duo simul aut alterutro nomine βασιλεῖς Byzantij sæculo ipso decimo: sed multo prius fuere ambo simul in Romania minore, hoc est, in Peloponneso βασιλεῖς. Initio codicis hæc leguntur: Θεοδώτῳ τῷ ἐνδοξοτάτῳ Πατρικίῳ καὶ στρατηλάτῃ τῶν Ὀφικίων. Theodatæ clarissimi Patricij & ~~Ducis~~ Ducis obsequij. Conjunctæ ex industria hæ voces sunt, vt hanc præbeant sententiam:

Theodatæ	Christus
Patricij	Judæorum
Ducis	Tribunum & cohortem
Obsequij.	ligantes se affliget.

Spectavit artifex, expressitque his vocibus illud Joannis XVIII, 12.

Cohors ergo, & tribunus, & ministri Judæorum comprehenderunt JESUM, & ligaverunt eum. Theudates Hebraeum nomen est ex יהוה-עזר-יעד: ut Christum significet: Qui errantes (hoc est, Judæos, ut diximus) removens conteret: cum dicturus est eis, Discedite a me maledicti. Patricios dici Judæos jam antea vidimus, n. 13. Dux est pro Tribuno militum. Obsequij ex Hebræo עקב - עבד derivatur. Hinc Στρατηγὸς Ὀφικίων Dux Obsequij filium ridicule effictum est Aulæ Constantinopolitanæ. Finxere alij scriptores Græci Κόμητας Ὀφικίων καὶ ἡγεμόνας, Comites & Principes Obsequij: sed superavit omnes audacia ineptiaque artifex hujus inscriptionis, qui præfuit in exercitu Ducem Στρατηγὸν Obsequij: cujusmodi officium nullum esse potuit ita nuncupatum, teste Constantino Porphyrogenito, De Thematibus, lib. 1. Themate IV. Ὀφίκιον, inquit, Ῥωμαϊστὶ λέγεται, ὅπερ σημαίνει τῇ ἑλληνικῇ φωνῇ τὸν προπορευόμενον ἔμπροσθεν τοῦ βασιλέως ἐπὶ ἐυταξίᾳ καὶ τιμῇ· οὐθὲν ἧττον Στρατηγὸν χρηματίζει ὁ τοῦ Ὀφικίου ἡγούμενος, ἀλλὰ Κόμης &c. Obsequium Latine dicitur; quod Græca designat Imperatoris assectatores ad decorem & honorem. Unde qui præest Obsequio, non dicitur Στρατηγὸς, sive Dux exercitus, sed Comes, &c. Verum ænigmatis sententia postulabat ut Dux sive Tribunus obsequij scriberetur.

In pagina sequente legitur alterum ænigma huic simile: Παχυριανὸς τοῦ ἐνδοξοτάτου Πατρικίου καὶ στρατηγοῦ τῆς ✠ Σάμου: hac sententia:

Παχυριανὸς } Christus
Πατρίκιος } Judæorum
Στρατηγὸς } tribunum & cohortem
τῆς Σάμου. } Dividet occidentes se.

Pacurianus, quæ de re in Alexiade occurrit, libro 2. pag. 50. filium nomen est, ex יהוה-עזר-עקב: ut Christum significet, Qui clamans (Discedite a

me maledicit:) affliget inimicos affligentes se. Τῆς Σάρας ficta vox est ab artifice volente Hebraicum יִצְחָק: Græcum facere. Cetera superius sunt exposita.

22. Codex Regius 2476. officia Græcorum mense Aprili, & initio Maij. Fol. 63. legitur ad diem 27. Aprilis: τῇ αὐτῇ πρέσβα μνήμη τῆς ἁγίας Ἄννης (pro Ἄννης, inquit Montfaconius; Ἄννας debuit utrique dicere: & hoc solœco indicat se Latinum hominem esse scriptor hujus Officij Græci:) Δαλασσηνῆς. Scait hæc mater, inquiunt, Alexij Comneni; de qua Anna Comnena in Alexiade, libro III. Atque in Typico Irenes Augustæ, cap. LXXI. proditur ejus memoria, prima die Novembris. Non sunt mendaces semper memores. Mater Comnenorum ἡ Δαλασσηνὴ Ἄννα vocatur in Alexiade, libro 2. pag. 51. Quo nomine synagoga Judaica significatur,

Δαλασσηνὴ Ἄννα } quæ lugens affligentes se affligebat.

Δαλασσηνὴ fictum nomen est ex יָגוֹן-יָלַל-ה. Anna ex verbo חָנַן. Folio 18. hujus Codicis Regij legitur, Μηνὶ Ἀπριλλίῳ ἡ. &c. VIII. Aprilis, Indictione 2. Obijt servus Dei Constantinus Σιβαχὶ ὁ Δόκας, anno 6687. (qui Christi 1179.) Atque hi libris ipsis credimus, nullus Constantinus Ducas hoc anno nullus fuit. Ante annos amplius centum diem supremum obierat. Folio 41. in ima pagina legitur: μηνὶ &c. Mense Aprili, die quarta, Indict. 3. obijt servus Dei Adrianus, anno 6613. (qui Christi fuit 1185) mutato nomine vocatus fuit Joannes Monachus. Conjuncta hæc tria sunt nomina, ut hanc præberent sententiam:

Ἀδριανὸς } Removens, conteret affligentes se
Ἰωάννης } Christus affligens
μοναχός. } Judæos.

Ἀδελαὸς hic derivatur ex עזה-עזה, Movaxὸς ex עקה-עזה: vt Iudeum significet, Qui affligentes se affligit.

23. Codex Regius 3265. decimi seculi, inquit Montfalconius. Aphthonii Progymnasmata, & Hermogenis ars Rhetorica. In fine legitur recentiore manu: Μηνὶ Σεπτεμβρίῳ &c. 29. Septembris, Indictione sexta, anno 6636. obiit S.P.N. ~~Laurentius~~ Leontius monachus Monembasiotes. Annus hic est Christi 1128. coeptus a Septembri anni vulgaris 1127. Fabricius hoc loco scripturum imitans recentiorem, eredi verisute voluit seculo anteriore scriptum fuisse hoc volumen: quod tamen aliunde scimus non ante seculum XIII. vel XIV. scribi potuisse. Iam monuimus Indictionis vsum apud Graecos nullum fuisse: nec morem annos computandi a mundo condito ibi fuisse vnquam vsurpatum. S.P.N. Leontius monachus Monembasiotes Dominus Christus ipse est. Alioqui insolitum est appellari sanctum Patrem nostrum simplicem monachum, qui nec saltem sit abbas. At Christus est,

Leontius
monachus
Monembasiotes
} Christus
affligentes se affliget
Iudaeos Hierosolymitanos.

Leontius pro Christo ponitur, qui Leo ex tribu Iuda: derivato nomine ex Graeco λέων, λέοντος. Monachus inde ex Hebraeo fiat, proxime diximus. Nomina civitatum omnia pro Hierosolyma ponit dictum initio est.

24. Codex Colbertinus 1509. Haec Anachoretae sermones Ascetici. In fine legitur recentiore manu, Μηνὶ Φεβρουαρίῳ &c. Die 7. Februarii, Indict. IV. anno 6765. natus est Michaël Tzudricus. Est annus Christi 1257. Nulli sermones Ascetici scripti sunt ante seculum XIV. Est autem

Michaël } Christus.
τζυδεικός } clamans removebit removentes se.

Clamans, vt dictum est, Discedite a me maledicti. — τζυδεικός fictum nomen est ex Hebræo רחק - עזה - צוח.

25. Codex olim monasterij Cryptæ ferratæ, in quo adscripta temporis notatio refertur a Genardo Vossio in fine operum sancti Ephrem, & est hujusmodi: ἐν τῷ ἔτει ϰυρίου ΦΛΑ. hoc est, anno Dominj 531. quæ adnotatio suspecta ipsi Montfalconio est. Sed de vera ætate hujus codicis, inquit, iam pronunciari ex forma characteris non potest; cum vbi nunc sit ille liber, ignoremus. Nos operum ista Ephremio attributa non ante sæculum XIV. confecta fuisse alibi ostendimus. Scriptus ille codex dicitur, referente Vossio ibidem, manu Ionæ peccatoris, iussu sanctissimi & spiritalis Patris nostri Niconis.: tribus his nominibus positis ad hanc sententiam efficiendam:

Ionas } Affliget } Christus
peccator } Iudeos } vel Iudeos
Nicon } Christus. } pereuntes se affliget.

Luc. XXII, 24. perdebant faciem eius. Ionas hic derivatur ex הנע.? peccator pro Iudæo est, vt n. 11. Nicon, ex עוה - נכה.

26. Codex Regius 2264. Epistolas complectitur Novi Testamenti, cum Commentarijs ex Patribus. In fine legitur, ἐγράφη &c. Descriptus est hic liber manu Theopempti lectoris & καλλιγράφου: & completus est mense Iulio, die quarta, Indict. XII. anno ϛϕϟγ. 6553. qui Christi fuit 1045. At scribi non potuit cum his Commentarijs ante sæculum XIV. Et enim hoc

anno menſe Julio Indictio XIII. Eſt denique

Theopemptus
Lector
& καλλιγράφος

} A Chriſto miſſi ſunt legiſperiti & ſcribæ.

Ipſemet hujus ſubſcriptionis auctor illam Chriſti Domini vocem, Matth. XXIII, 34. Ecce ego mitto ad vos [redacted] prophetas, & SAPIENTES & SCRIBAS. Θεόπεμπτος eſt a Deo miſſus. Deus autem in omnibus his ænigmatibus Chriſtus eſt. Lector hic derivatur ex תורה-חכ-ל: ut Legiſperitum, ſive Legis Doctorem ſignificet, cujus legem ſectatur. ‡ Alioqui quid attinebat hic titulum lectoris addi? Hinc autem apparet, quod eſt aliunde certiſſimum, auctores harum ſubſcriptionum, homines fuiſſe Latinos. Nam in Græco ſcribitur ἀναγνώστης: quod verbum ejus ex Hebræo non proſ. Id vero quoties accidit, Latina volunt ſubſtitui, quæ egregie conveniunt ſenſui deſtinato. Καλλιγράφος ubique pro ſcriba Judaico prorſus ab officio & munere pulcre ſcribendi. Folio 91. hujus codicis longe recentiore manu, inquit Montfalconius, pag. 294. dicitur is a [redacted] monachis ob quandam neceſſitatem venditus fuiſſe; ac poſtea redemptus a Georgio τῷ Νοβγοδῶ, obtuliſque eidem monaſterio Ἱερακα nuncupato. Conjuncta hæc nomina ſunt ad hanc ſententiam efficiendam:

Georgius
Nobuno
monaſterij
Hieraca

} Chriſtus abſcondet ſe affligentibus ſe: ſynagoga præſcietur affligenti ſe.

Nobuno ſictum nomen eſt ex נחבה-ענה-ו. Abſcondet ſe Chriſtus his Judæis, quibus ultimus eſt, Diſcedite a me maledicti. Hieraca ſictum monaſterij nomen ex חרה-עקה-? :

juxta illud Joan. VII, 52. Scrutare ſcripturas.

§. 4.

Codices sæculj, vt putant, vndecimj.

27. Codex Regius 2910. Anastasij Quæstiones & alia continet. In fine habet, ἔτους κοσμικοῦ ϛφθ. ἰνδ. ιγ. anno mundi 6509. (qui est Christi 1001.) Indict. XIII. Διὰ χειρὸς Λέοντος κληρικοῦ ἐν χώρᾳ Αἰγύπτου. An potuit autem venire in mentem clerico, vt Anastasij Quæstiones in Ægypto Græce describeret, quæ sub Arabum imperio ab annis jam trecentis jngemeret? Solus hic codex adhuc jnpertus est repertus, quem in Ægypto exaratum fuisse librarius mentiretur. Hæc istis verbis sententia continetur:

Λέοντος κληρικοῦ ἐν χώρᾳ Αἰγύπτου. } ~~Judæo~~ Judæo sors obtigit in terra Juda.

Leo ponitur pro Judæo ex tribu Juda: ob illud, Catulus leonis Juda, Gen. XLIX, 9. Κληρικὸς dicitur, cui sors κλῆρος obtigit. Ægyptus, vt omnia provinciarum nomina, ponitur pro Judæa. Nihil hic Hebraicum, quia de Christo judice nihil hic est.

28. Colbertinus 695. Gregorij Nazianzeni opera. In fine legitur; Orate pro Euthymio viro monacho, presbytero Monasterij sancti Lazari. Hoc est,

Euthymius monachus presbyter monasterij s. Lazari. } Christus affligentes se affliget: seniores populi synagogæ opprimet jnsus.

Euthymius fictum viri nomen est ex Græco εὔθυμος, vt derivatum ex Hebræo יהוה-יחה-ה: Christum significet, qui conteret occidentes sese ipsos. Lazarus hic derivatur ex יהוה-יחל. Cetera superius exposuimus.

29. Colbertinus 4954. olim S. Dionysij in Francia,

Officium Ecclesiasticum continet: scriptus ab Helia Monacho in regione Francia, castro de Colonia, anno mundi 6530, qui est annus Christi 1022.

Helia Monacho in regione Francia castro de Colonia	Maledicet Christus Iudaeis e regione Iudæ Hierosolymitanis.

Helia hic derivatur ex הֵלִיָּה. Francia, vt omnia nomina provinciarum pro Iudæa est. Castrum de Colonia vt omnia nomina civitatum, pro Hierosolyma, in qua castrum sive arx Davidis fuit. Alioqui quidnam vel vbinam sit castrum de Colonia in regione Francia, omnibus Geographis latet.

30. Colbertinus 4514. Sermones Basilio falso adscripti. In fine Calligraphi nomen artè abrasum fuisse Montfalconius animadvertit. Quæ supersunt autem, sic interpretabar: Cui misericordia Dei primus fuit in monasterio Ξιερχῶ Παφείδ, thematis Θρακισίου prope Μίλιτον. Montis autem, in quo situm est monasterium, cognomen est Brachianus. In hoc ipso monasterio fratres sunt ducenti aut trecenti. Annus notatur 6553. vt supra n. 26. Indictio γ. tertia, pro ιε'. xiii. Erroris hujus admonuit Montfalconius ipse in Præfat. pag. xiv. Nomina hæc quinque selecta sunt, vt hanc exhiberent sic ordine suo conjuncta sententiam:

Monasterium Ξιερχῶ Παφείδ thematis Thracesij prope Μίλιτον vbi mons Brachianus.	Synagogam persecuta est eum, exprobrabit Christus: Iudæos Hierosolymitanos cum removebit, affliget.

Cum dixerunt est eis, Discedite a me maledicti: Ξιερχω-Παφείδ, ficta vox una est, ex ש-ערק-ו-חרף-לה: deinde ad occultandam fraudem in duas divisa. Brachianus fictum nomen est ex ב-רחק-ענה. Alioqui mons est omnibus Geographis ignotus. Nec aliud significat

Θέμα Ὀψικίου. quam Judaicam regionem, apud ipsummet pseudo-Constantinum Porphyrogenitum, lib. I. de Themat. them. 3. quamvis ibi Lydos, circumjacentesque populos Asiæ minoris complectatur: ~~quamvis~~ & ad eam appellationem adstruendam lepidam ipse fabellam excogitet.

31. Codex Canonicorum Regularium S. Salvatoris Bononiensis, Prophetas minores complectitur, & Danielem. In fine legitur, ἐτελειώθη &c. Absolutus hic liber est, imperantibus Constantino Monomacho & Zoë Porphyrogenita, Patriarcha Michaële: anno 6554. (qui Christi 1046.) Indict. XIV. Fictus ille Constantinus Monomachus est; fictus Michaël Κηρουλάριος. Constantinus & Zoë ex nummis antiquis reges fuere in Romania minore, hoc est, in Peloponneso: unde qui eorum nummos tractavere, Byzantium eos transtulerunt, cum titulo Imperatorum. Vide Numismata simul Constantiniani.

Constantinus Monomachus & Zoë Porphyrogenita; Patriarcha Michaële.	Christus affligens conteret afflligentes se:
	emigrare ~~fecit~~ facit reges
	Patris protectus Christus.

Cum dictum est eis, qui ipsum fugerunt, Discedite a me maligni. Constantinus hic derivatur ex Hebræo, עני-הם עני-ת עני-ה. ut Christum significet, Qui interficientes se afflictos afflget. Monomachus fictum ex Græco cognomen, ut derivetur ex עני-הם עני-ה. Zoë hic deducitur ex verbo חיה. Porphyrogenita pro regibus ponitur, in purpura natis. Hi sunt reges, de quibus dictum est in Actis, cap. IV, 26. Adstiterunt reges terræ, & principes convenerunt in unum adversus Dominum, & adversus Christum ejus. Patriarcha ponitur pro πατρὸς ἀρχῆ. Fictum Patriarcha nomen ex קרא-אל-עיר: ut significet,

Michaël Cerularius	Christus clamans maledicet inimicis.

DE ÆTATE

Scriptus deinde hic liber dicitur manu Sabæ monachi & presbyteri; διὰ χειρὸς Σαβᾶ μοναχοῦ καὶ πρεσβυτέρου: vt Christus intelligatur;

Sabas monachus presbyter } Qui abscondet se Judæis sacerdotibus,

qui eum morte damnarunt. Sabas fictum nomen est ex חנן-יו. Cetera ex superioribus patent.

32. Codex Regius 2889. e bombycinis primus, qui annum adscriptum habeat. Gregorij Nazianzeni Carmina sunt. ἔτους ϛφνη. 6558. qui Christi annus est 1050. coeptus a Septembri anni vulgaris 1049. Indictio ἰνδ. ιβ. Indictione xii. μηνὶ Ὀκτωβρίῳ, κε. die 25. Octobris. Indictionis vlus, & annus mundi, Græcis ignoti fuere.

33. Colbertinus 363. Chrysostomi Homiliæ in Genesim. In fine legitur: Κύριε βοήθει τῷ δούλῳ σου (pro τῷ δούλῳ σου) ἐπισκόπῳ Κυρίου. Et inscriptio; ἰνδικτος ιδ. ἔτους ϛφνθ. Indictio xiv. annus 6559. (qui est Christi 1051.) At erat Indictio quarta tantum; & error is ipsissimet scriptoris est, non amanuensis: nam & versus, quo notatur Indictio, ιδ habet, & sic esse metrum cogit. An vero etiam librarius episcopus fuit? Hæc tribus istis vocibus sententia subest, de Christo:

Michaël episcopus Curij } Afflicentibus se maledicet hominibus sacerdotibus Hierosolymorum.

Michaël hic derivatur ex מי-כמ-אל. Curium (Plinio Curias est) pro Hierosolymis est; vt cetera nomina civitatum.

34. Regius 2944. S. Maximi opera varia. In fine notatur annus ϛφξϛ. ἰνδ. ιε. μηνὶ Ἰανουαρίῳ. Annus 6563. qui Christi 1055. Indictione octava: διὰ παλάμης Παύλου, Manu Pauli. Immo voluit falsarius hic quoque Hebræe ludere, derivato

παλάμης nomine ex Hebræo, כף יהוה: alioqui certe non διὰ παλάμης scriberet, sed διὰ χειρός. neque palma enim palma manus scribitur: Est igitur,

παλάμης } segregantes se conteret
παύλης } Christus.

vt supra, n. 16.

35. Colbertinus 414. Metaphrastæ pars mensis Novembris. In fine habet, ἐτελειώθη &c. Absolutus est hic liber manu Lu..... (forte Lucæ, vt n. 28.) imperante Theodora filia Constantini Porphyrogeniti; jam morbo Monomacho, Patriarcha autem Michaële sanctissimo, Cerulario scilicet. Fida vt cum citissime sæculo XIII. illo series Constantinopolitanorum Imperatorum est vsque ad sæculum decimumnonum. Theodora ex nummis antiquis Διόκλεια Thessalonicæ fuit, non Byzantij. Vide Numismata sæculi Constantiniani. Nomina autem hæc quæsita, ac multiplicata, haud alio consilio sunt, quam vt hanc sententiam præbeant:

Theodora	Synagogam Judaicam
Constantini	Christus
Porphyrogeniti	rex
Monomachi	affligens conteret affligentem se:
Patriarcha	Patris præstate
Michaële.	affligenti se maledicet.

Theodora, vt nomina fœminarum omnia, nisi petatur origo nominis ex Hebræo, pro Judaïca Synagoga ponitur. De cæteris jam superius egimus.

36. Regius 1927. Homiliæ Chrysostomi posteriores in Genesim. In fine legitur: ἐτελειώθη &c. Completus est hic liber sub Laurentio Præfecto Monasterij sanctæ Θεόπρωτε τῶν Ὁδηγῶν, manu Antonij monachi καὶ ἐλαχίστου, Januarij die 20. .... ϛϡξε. anno 6565. (qui est Christi 1057.) Hæ sunt ibi sententiæ: Prior Christum designat:

Laurentius	Christus
præfectus monasterij	princeps synagogæ
sanctæ Θεοτόκου	errantes conteret afflligentes se
Ὀδηγῶν.	Judæos.

Laurentius pro Christo ponitur, Qui ingnea affliget: derivato nomine ex עוּרָה-אוּר-ל. Θεοτόκος quoque deducitur hic ex Hebræo, יָעַץ-חָת-יָה. Ὀδηγὸς pro Judæo ponitur, Qui spoliare, sive qui prædam meditatur: ex הָגָה-עוּד: juxta illud Gen. XLIX, 9. Catulus leonis Juda: ad prædam fili mi ascendisti. Vir eruditissimus Du-Cangius, cui nihil subolucrat de fraude & artificio ænigmatum improbæ cohortis, faletur in Constantinopoli Christiana, libro IV. pag. 89. de ratione appellationis τῶν Ὀδηγῶν non constare. Sequitur, διὰ Χριστὸς

Ἀντωνίου	Christus
μοναχοῦ	Judæos
καὶ ἐλαχίστου.	dividet dividentes se.

Nonnisi ad complendam sententiam valet hæc postrema vox, ἐλάχιστος, ut jam supra, n. XI. Ἀντώνιος pro Christo ponitur, Qui afflget afflgentes se: derivato nomine ex עוּרָה-הָגָה.

37. Regius 3421. Psalterium. In fine subjicitur hæc temporis notatio: Manu Demetrij Presbyteri: mense Maio, tricesima mensis, die secunda, hora tertia, anno 6567. Indict. XII. Annus est Christi 1059. At anno eo dies tricesima Maij dies Dominica fuit, litteræ Dominicalis C. Hæc duo vocabula Christum designant:

Demetrius	Qui conteret circumdantes se
presbyter	seniores populi.

Demetrius ob derivatur ex עוּד-דָּרַךְ.

38. Cæsareus, apud Lambecium, pag. 83. Chry-

Sostomj Homiliæ in Joannem; μηνὶ Ἀπριλλίῳ 15. ἰνδ. 10. ἔτους ϛφξθ. Indictione XIV. anno 6569. (qui est Christi 1061.) sub Joanne Præfecto Monasterij Σωτῆρος Ῥαδηνῶν, manu Diomedis Humilis & peccatoris;

Joannes	Christus affligens
Præfectus	principes
Monasterij	Synagogæ,
Σωτῆρος	despicit ~~injurias~~
Ῥαδηνῶν	Judæos.
Diomedes	Christus
humilis	conteret maledicens
peccator.	Judæos:

quibus utique dictum est, Discedite a me maledicti. Σωτῆρος hic derivatur ex שאט-חדה. Diomedes, ex דעה-דם-יד: ut Christum designet, Qui conteret removentes se. ~~Hum~~ Ταπεινὸς καὶ ἁμαρτωλὸς, quod est Latine, humilis & peccatoris, non ex Græco, sed ex Latino verti debent in ~~hac~~ Hebræum: quoniam ab homine Latino fictus, ut ~~olim~~ plerique omnes, hæc subscriptio est, deinde in Græcum vertenda; sed ex Hebræo Latina tantum derivanda: Humilis scilicet ex דך-דם. Cetera hinc perspicua ex antedictis: præter vocem Ῥαδηνῶν, ~~quæ~~ sive Ῥαδηνὸς, quæ ficta ex Hebræo est, ~~Rasy-Mayence~~: ut Judæum significet, Qui ~~pernicie affligitur~~ conterere gaudebat affligentes se: רעה-חדה-ענה.

~~Num~~ 39. Codex Laurentianus, pluteo IV. Anastasij Quæstiones. Scriptus diebus, ubi de ~~Evangelio~~ obdormivit Sanctissimus pater noster dominus Antonius: in hac θεοχορυφεότῳ νήσῳ τῇ Πανόρμῳ, ἡ καὶ τὸ Ἀντιγόνη λέγεται.... μηνὶ Νοεμβρίῳ ζ'. ἡμέρᾳ ε'. ἔτους ϛφοά'. ἰνδ. α'. in insula a Deo sublimata Panormo, quæ & Antigoni dicitur, septima Novembris, die Hebdomadis quinta, anno 6571. Indict. I. Annus est Christi 1063. a septembri anni vulgaris 1062. incipiens,

quo fuit littera Dominicalis F. Quæ sit autem illa insula Panhormus, eademque Antigoni appellata, omnino Geographos præterit. Ob Panormi nomen Siciliam hic se putat videre Monfalconius. Sed sunt triæ hæc nomina consociata, ad hanc sententiam efficiendam.

Antonius	}	Affliget affligentes se
insula Panhormus	}	Judæos
Antigonus	}	Christus.

Ut provinciarum, sic insularum nomina ponuntur pro Judæa: quam ipsam Haïas insulam appellat, cap. XX, 6. nec aliam ob causam Panhormus insula hic dicitur, quam ut Judæa cum Haïa intelligatur. Antigonus ponitur pro Christo, Qui affliget removens affligentes se.

40. Colbertinus 2455. Synaxarium est. In fine habet ... ἔτει ϛφοα. ... Anno 6571. Cetera sunt exesa. Annus est Christi, 1063.

Codex Laurentianus, Pluteo V, (sed cujus argumenti sit Monfalconius non indicat) scriptus dicitur manu Georgii cognomento Phlammengi, anno mundi 6056. qui Christi fuit 1058.

Georgius	}	Superbos occidet
Phlemmengus	}	Christus:

vel

Georgius	}	Christus
Phlemmengus	}	segregantes se conteret gaudens,

Phlemmengus fictum nomen est ex נגף-הלם.

41. Regius 2351. membranaceus, Chrysostomi liber de Sacerdotio. In fine legitur ἐτελειώθη &c. ἐν τῷ ϛφοβ. ἔτει. ἰνδ. βʹ. anno 6572. Indict. 2 qui annus Christi 1064. manu Manuëlis ἐλαχίστου πρεσβυτέρου. Ut sit hæc sententia:

Manuel	}	Christus
ἐλάχιστος	}	vindex vindentes se
πρεσβύτερος	}	seniores populi.

Manuel hic derivatur ex מנה-אל: ut Christum

designet, Qui affligentibus se maledicet. De voce ἐλάχιστος jam plus semel egimus. Post hæc manu altera recentiore legitur: Βιβλίον ἐξωνηθὲν παρὰ Ἰωάννου κοιτωνίτου Ἡρακλειώτου. Liber emptus a Joanne cubiculario Heracleota.

Joannes κοιτωνίτης Heracleota } Christus affliget clves Hierosolymitanos.

κοιτωνίτης a Græco κοιτωνὶς, κοιτωνίδος, forte fidum, eum significat, Qui cubiculum & lectum habet alicubi: cujusmodi civis est. Alioqui quo sensu se cubicularium appellet hujus codicis scriptor, non apparet. Heracleotæ, ut cetera ex civitatibus petita nomina, pro Hierosolymitano ponitur. Manum, quæ hanc adnotationem posuit, ait Montfalconius annorum esse trecentorum: ac proinde seculi XV. At initio in charta bombycina Index est, cujus in fine legitur, ἐγράφη &c. Scriptus est index libri hujus manu mea Gedeonis Hieromonachi peccatoris .... κατὰ τὸ σωτήριον ἔτος ἐτ. αχλζ. μηνὶ Σεπτεμβρίῳ, 19. Anno salutis 1637. decima nona septembris. Veri Græci annos mundi numquam in suis subscriptionibus ponere; sed annos dumtaxat salutis a Christo partæ; ut hodierni faciunt, & Gedeon iste in hoc Indice.

42. Colbertinus 370. Chrysostomi homiliæ in Joannem. In fine legitur, ἐτελειώθη &c. quæ Leonis presbyteri Sarbandeni Burtzaenes, τῆς Βυρτζαίνης: διὰ χειρὸς, manu Basilii Calligraphi Armeniaci, mense Decembri, imperantibus Constantino & Ludovico, anno ϛφοδ. 6574. qui est Christi 1066.

Leo presbyter Sarbandenus Burtzaene } Christus seniores primuli comburens ligantes se affliget, cum conteret afflgentes se.

Nam ligaverunt eum, Joan. xviii, 12. Leo pro Christo ponitur, qui Leo de tribu Juda, Apoc. v, 5. Πλεοβύτερος, ut sæpe superius, senior est. Sarbanenus fictum vocabulum ex his radicibus, ענה-ענד-ברך. Burtzene denique fictum nomen est ex ענה-ערץ-ב.

Basilius — Christus
Calligraphus — Scribas
Armeniacus — perdito afflget afflgentes se.

Basilius pro Christo ponitur, qui cum dixerit, maledicet: Discedite, inquiet, a me maledicti. Derivatur ab ב nomen Basilij ex ברה-ברה-ב. Calligraphus, pulcre scribens, jam superius pro scriba occurrit. Armeniacus inepte pro Armeno dicitur, nisi ad lenitatem complendam necessaria non illa sit: derivata ex ערק-ענה-חרם. Alioquin enim Armeniacus idem Armenio est.

Imperantibus Constantino & Eudocia — Regnante Christo, qui condemnans afflget afflgentes synagogam.

Regnante Christo, formula est usurpari capta in Gallijs sub sancto Ludovico Rege. Constantinum pro Christo posui superius Idiomus, n. 31. Eudocia, quæ his temporibus fuerit, ficta prorsus est: hic nomen ab derivatur ex ערה-ערק-ערה-ה.* Sequitur subscriptio Græco-barbara imperitissimæ manus, inquit Montfalconius; qua dicitur hic codex datus fuisse Enclistræ Ἐγκλείστρας, insulæ Paphûs. Græca Montfalconius non protulit. Non potuit autem homo Græcus etiam somnians aut patriam suam nescire, aut Paphum insulam appellare. Neque enim insula, sed in insula Cypro Paphus oppidum fuit.

Ἐγκλείστρα — synagoga
insulæ Paphus — Judæa est.

* in synagogam significetur, quæ resipuit afflgentem se Christum.

Ἐγκλίστρα Encliſtra, ficta vox eſt ex אנק-ה-סתרה: vt ſynagogam ~~ſecundum ſpiritum, ſive (vt barbare loquitur) budaïſmum qui in abſcondito~~, ſignificet. Eſt enim ſic derivatum nomen, ~~delitescens~~ Ingemiscens in abſcondito. Inſula autem Paphus, vt ſupra n. 39. inſula Panormus, Iudæa eſt, quam Iſaïas inſulam metaphorice vocat, cap. xx, 6. Encliſtræ nomen ad alia ſignificanda translatum deinde eſt a ſcriptoribus mediæ, vt vocant, ætatis.

43. Colbertinus 670. Paradiſi pars poſterior. Ἔτους ϛϥ..θ. ἰνδ. ι'. ob Indictionem decimam, legendum ϛϥθ. qui annus eſt Chriſti 1071. quo cœpit Indictio decima menſe Septembri. Sed Monfalconius admonet numeri denarii notam ſæpe ſic fugere, vt incertum ſit, an ὁ ibi fuerit, an π. Delevit haud dubie ipſe librarius, aut peritior alius, octogenarii notam π', quam deprehendit cum Indictione non convenire. In fine additur, ſcriptum eſſe hunc librum ſumptibus monachi domni Ioannicii, a Ioanne ſene & ſene.

44. Codex Cryptaferratenſis, in quo Aſcetica varia. In fine, alia manu, eaque recentiore (nam codex eſt decimi ſæculi, inquit Monfalconius:) Ἔτους ϛϥϟβ. &c. Anno 6592. (qui Chriſti 1084.) Indictione VII. die 29. Maii, ἡμέρᾳ γ'. ὥρᾳ γ'. ingreſſus Dux (Guiſcardus) Romam, ipſam depopulatus eſt. At anno 1084. dies 29. Maii non feria tertia, ſed quarta fuit: littera Dominicalis G F. Falſarium fefellit annus biſſextilis: diem in Kalendario quærens, quam duplicarat, litteram duplicaturam priorem ſecutus eſt, nimirum G. An eſt autem veriſimile, Monachos Cryptaferratenſes, tribus quatuorve milliaribus diſtantes ab vrbe Roma, numerum annorum ſignaſſe ſecundum Græcorum (vt vulgo creditur) computum: cum ſæculo iſto tantum vndecimo ſedes ibi habere cœpiſſent?

45. Codex Cæſareus, apud Lambec. lib. IV. pag. 90. Eclogas Chryſoſtomi continet. Fol. 171. habet: Ἐν τῷ

χρόνῳ ϛϡϛ. &c. Hoc anno 6596. (Christi 1088.) subegit Rogerius Syracusas, occiso Banure, ἀποκτείνας Βινθέρα: eodemque anno Pisani Africam devastarunt.

Rogerius } Conteret
Syracusas } Judeos Hierosolymitanos
Banures } Christus.

Rogerius hic derivatur ex חרה-ענה. Βενθέρης fictum nomen est ex חרה-ענה-ב: vt Christum significet, Qui cum affliget, prosternet. At Syracusas captas fuisse anno 1075. tradit Fazellus, libro 7. posterioris decadis, pag. 437. & Benavirum vocat, quem hujus adnotationis auctor in Benurem mutavit; quod alterum illud nomen derivari ex Hebræo non possit, vt Christum significet.

46. Codex Laurentianus, pluteo VII. Gregorij Nazianzeni opera. In fine, ἐγράφη &c. mense Aprili, Indict. XIV. anno 6599. (Christi 1091.) manu Euthymij monachi peccatoris Xiphilinj. Geminam hanc sententiam præbent hic quinque nomina: Scripsus ex hic libr. Theologi.

Theologus } Errantes maledicens removebit
Euthymius } Christus:
monachus } Affligentes se affliget
peccator } Judeos
Xiphilinus } Christus.

Theologus (quod Gregorio Nazianzeno dedere cognomen) in hac subscriptione positum pro nomine est, vt hanc priorem compleat sententiam: derivatum ex תעה-הגה. Euthymius Christus est, vt n. 27. Xiphilinus fictum nomen est ex ענה-נלה-ב: vt Christum significet, Qui segregabit affligentes se.

47. Codex Cæsareus, apud Lambecium, lib. 5. pag. 37. vbi inter alia Philippi Solitarij Dioptra; in qua annum, quo scripsisse vult eadem, ait esse 6603. (Christi 1095.) Maij 12. Indict. 3. Opus autem ipsum ab eo appellatur,

εὐστελὴς Διόπτρα

Διὰ χειρὸς ἁμαρτωλοῦ μοναχοῦ τε καὶ ξένου.

manu peccatoris monachi & ξένου.

Peccatoris monachi } Judeos
Ξένου } affligentes se afflliget Christus.

= Ξένος hic derivatur ex נוע-ב: vt Christum significet, Qui afflget.

Dioptra, acepta ex Plinio vox est, libro 2. sect. LXIX. Speculum Augustinj Διόπτραν Græj libri postea appellavere. Nomen Philippj non ipsum aperte, sed per numeros litterarum auctor dicitur a Lambecio dicitur expressisse versibus: sed hos Lambecius non descripsit. Codex integer ex chartis bombycinis, atque adeo non ante sæculum XIII. exaratus: ac si argumentum diligenter quis inspexerit, non ante sæculum XIV. aut XV. editum fuisse intelliget.

48. Colbertinus undecimj sæculj, inquit Montfaconius; vbi Eclogæ Joannis Chrysostomj in Paulum. At hierj est non potuere ante sæculum XIV. Calligraphj, vt vocant, sive scribæ nomen non apparet.

49. Colbertinus 1666. Gregorij Nazianzenj orationes. In fine tres sunt adnotationes, sed recentiores codice, quem esse sæculj undecimj contendit Montfaconius. Sunt ea Græco-barbare. Prima notat annum 6839. qui est Christj 1331. Altera, recentiore manu, annum 6857. qui fuit Christj 1349. Tertia, adhuc recentiore manu, annum (Christi scilicet) 1479. absque anno mundj: quem scilicet Græcos minime tunc vsurpasse orbj vniverso constabat.

50. Colbertinus 4766. sæculj undecimj, inquit Montfaconius; vbi quatuor Evangelia. In fine habet: Datus est hic liber sancto Monasterio sanctissimæ Θεοτόκου τῆς Ἰέραξ, a Monacho Meletio eremita.

Monasterium Θεοτόκος Ἰέραξ } synagogam errantem conterens affliget Christus.

Monachus Meletius eremita } Judæos Christus instans conteret peccatores.

Θεοτόκος hic derivatur ex Hebræo, vt supra n. 36. Ἰέραξ, ἰέρακος, ex נקר-חרה-ל-ה: vt Christum significet, Qui insectetur affligentibus se. Meletius, ex מחת-חת-ה-לא-ה: vt Christum designet, Qui maledicens conteret. Nam super quem ceciderit lapis iste, conteret eum. Matth. XXI, 44.

Eremita, ex חרה - הם - חטא.

51. Colbertinus 2673. vndecimj sæculj, inquit Montfalconius: Chrysostomus est pr Genesim. In fine habet: fratres, cunctj orate pro humilj & peccatore Theodoro qui hæc scripsit: quæ Græcus interpres primùm vertit soloecizans, ἀδελφοὶ ἔοχεσθε πάντες τὸν ταπεινὸν καὶ ἁμαρτωλὸν Θεόδωρον τὸν γράψαντα πάντα τὰ γράμματα.

Humilis peccator Theodorus	conteret maledicens Iudæos Christus.

Humilis est hic, vt supra. n. 38. Theodorus derivatur ex חרה - עדה - ה ע ת: vt Christum significet, Qui errantes (Iudæos scilicet, vt diximus n. 15.) removebit patres.

52. Colbertinus 250. sæculj vndecimj, inquit Montfalconius. Vitæ sanctorum sub finem Ianuarij. In fine dicitur, Nicephorj hic liber fuisse; sed ab eodem dono datus venerandæ lauræ Paulj monachj, μονάχῳ Παύλῳ λαύρᾳ τιμίᾳ. Iuncta consulto hæc nomina sunt, vt hanc præbeant sententiam:

Nicephorus Monachus Paulus λαύρᾳ τιμίᾳ.	persecutrices se conteret Iudæos Christus: synagogam conteret Christus.

Nicephorus derivatur, vt supra n. 13. Paulus, vt n. 16. Laura (quamvis ꝑ) esse nomen vnj e monasterijs montis Atho, ad ipsas montis radices posito, Bellonius refert: sed vnj tantum ex omnibus, quæ sunt numero viginti duo: atque haud dubie (hi verò is refert) acceptum ex libris Asceticis, vt sunt Vitæ patrum, in Occidente scriptis sæculo quartodecimo:) Laura, inquam, stirpium nomen est ex חרה - לאה: vt synagogam Iudaïcam significet, quæ ægre molestè ferens irrisebatur: vt narrat Lucas, cap. IV, 28. & repleti sunt omnes IN SYNAGOGA IRA, hæc audientes a Christo. Τιμία hic est ex ים - הם - ת.

§3. Colbertinus 1892. In fine legitur, ἔγραφη διὰ χειρὸς Ἰωάννου ἐλαχίστου.

Ἰωάννης } Christus affligens
ἐλάχιστος } dividet dividentes se:
vt supra n. xi. & alibi.

§4. In Bibliotheca Mutinensi, Psalterium undecimi seculi, inquit Montfaconius. In ejusdem libri hac inscriptio est: ἐτέθη &c. Repositus est hic liber in sancto Monasterio, pro remissione peccatorum ~~Theodosij Xylalæ~~ monachi Theodosij Xylala. Fictum nomen est, vt ex his quatuor vocibus exsistat hæc sententia:

Monasterium } Synagogam
monachi } Iudæorum
Theodosij } errantem removere faciet
Xylala } Christus.

Theodosius ob id derivatur ex יהוה-יהוה-יהוה. Xylala fictum nomen est ex יהוה-יהוה-ש: vt Christum significet. Qui maledicentibus (sibi) maledicet.

§5. Apud Monachos S. Dionysij in Francia, Codex operum S. Dionysij, sæculo undecimo scriptus, vt censet Montfaconius: in cujus codicis fine legitur manu recentiore, vt ait; τὸ παρὸν βιβλίον &c. hic liber missus est a celsissimo Rege & Imperatore Romæorum domino Manuele Paleologo, παρὰ τοῦ ὑψηλοτάτου βασιλέως καὶ αὐτοκράτορος Ῥωμαίων κυροῦ Μανουὴλ τοῦ Παλαιολόγου, in monasterium S. Dionysij Parisijs in Francia sive Gallia, φραγγίας ἢ Γαλατίας, a Constantinopoli, per me Manuelem Chrysoloram, missum oratorem a prædicto Imperatore, anno a creatione mundi 6916. ab Incarnatione Domini 1408. qui diebus Imp. ante annos quatuor Parisios venerat. Atque hoc tempore quisquis fuit Byzantij Despota, neque se regem aut Imperatorem, βασιλέα aut αὐτοκράτορα inscripsit; sed Δεσπότην tantum. Nec Chrysoloras unquam Parisios

aut Monasterium S. Dionysij vidit: sed e Græcia in Italiam veniens, in ea substitit, docens ~~Hinc~~ Venetijs, Florentiæ, Romæ, Papiæ: donec anno 1415. in Concilio Constantiensi dicitur obijsse. Neque annis quatuor ante annum 1408. sed annis ipsis octo, hoc est, anno 1400. ~~Parisijs~~ Parisios venerat Manuel Despota, auxilia petiturus adversus Turcos: quæ cum impetrare per se non potuisset; quorsum mitteret, aut quaspe, oratorem ob id ipsum? ~~Cæterum~~ Cæterum hanc adnotationem alterius scripturæ esse ab ea, quæ in codice integro apparet, haud ægre crediderim; at non continuo sæculi alterius: Verum suum non dissimulavit hoc loco manus; vt scriptum prior vetustior esse crederetur.

§6. Codex Colbertinus §63. Vitæ sanctorum mensis Januarij: codex esse sæculi undecimi a Montfalconio dicitur. In fine habetur hæc nota non multo posterioris ævi, inquit, Ἐδόθη &c. Datus est hic liber monasterio S. P. N. archierarchæ & Thaumaturgi Nicolai, a domno Leone Manclabe, παρὰ τοῦ ~~Λέοντος~~ τοῦ Μαγκλάβη: qui per sanctum & angelicum monasticum habitum vocatus est Lucas: & obijt decima Octobris, feria sexta, in die commemorationis sanctorum martyrum Eulampij & Eulampiæ. Ludit impostor, qui hanc notam apposuit:

Monasterium } Ecclesia
S. Nicolai } Christi est.

Nicolaus hic Christus est, qui percutientibus se (Judæis vtique) maledicet: quibus dicturus est, Discedite a me maledicti. Derivatur ob id nomen illud ex נָקַב נָקַד. Hic vere sanctus Pater noster; vere archierarcha, vel ~~primus~~ potius ἀρχιερέων ἔξαρχος: vere Thaumaturgus, miraculorum patrator est. Ita Monasterium illud S. Nicolaj, quod nemo scit vbi sit, Ecclesia ipsa Christi est.

Leo
Manclabe } Judæos ingeniscentes subsannabit
Lucas } Christus.

Quia Dominus subsannabit eos, Psal. 2. Leo hic Iudeus
est; ob illud. Catulus leonis Iuda. Manclabe fictum no-
men est ex מנצפך-אבדון: vt p significet quod diximus.
Lucas, Christus est, Qui affliget: vt n. 18. Obiit
autem vere Christus die decima Octobris; hoc est aenigmatice,
tempore Decalogi, venente in tempus resurrectionis Christi,
quam octonario numero designari non pauci e veteribus
prodiderunt. Feria sexta; hoc Evangelium docet. Ac ne
de aliquo alio putes hic esse sermonem, ab anno mundi
adiiciendo impostor consulto abstinuit. In die sanctorum
martyrum Eulampii & Eulampiae: hoc est, Helibis (nam
μάρτυς festis est) Iudaismo & Synagoga: fictis nomi-
nibus Eulampii & Eulampiae, ex Hebraeo הגיד-יום-הארץ:
vt significent. Qui, vel Quae maledicens gentibus clamat.
Et hi tamen sancti inserti in Menaea sunt; opus saeculi
decimi quarti; quo ipso maxime invaluit, qui jam a su-
periore saeculo coeperat, nomina praesertim propria Hebraea
Sancti ardor, sive quae vera essent nomina, sive quae
fictitia. Ita codex nonnisi saeculi quarti decimi est.

§. 5.

Codices, quos Montfalconius ait esse saeculi ~~decimi~~ duodecimi, ob adjectam notationem temporis.

57. Codex PP. Basilianorum Romae. Notam hanc habet, Latine, pag. 57. Graece, pag. 287. a Montfalconio proditam. Absolutus est hic liber Asceticorum S. P. N. Basilii, mensis Augusti octavo die, feria tertia, hora un-
decima, anni 6613. (nempe Christi 1105.) Indictione XIII.
Eodem anno quo Sanctissimus Papa Paschalis sigillum
libertatis fecit Sanctissimo patri nostro Bartholomaeo
pro Sancto quae monasterio Sanctissimae Θεοτόκου, cog-
nomento Rocholiate Ῥοχολιάτη .... Hunc autem requiem

invenit sanctum monasterium, ereptum e manibus Maleïnorum. Admodum enim obsidebat illud Nicolaus Maleïnus archiepiscopus cum cognatione sua. Conflictu haec adnotatio est, ad conciliandam fidem ficto vel mox confingendo similiter privilegio a Paschali Papa dato, ut a jurisdictione Archiepiscopi Rossanensis sive Rosciarensis, in citeriore Calabria, eximerentur Basiliani Monachi de lo Patire, ut creditum. Atque nonnisi in supposititiis coenobiorum chartis apparet iste ipse Nicolaus Maleïnus. Toto seculo undecimo ac duodecimo desidero archiepiscoporum Rossanensium nomina texit Ughellus in Italia sacra, tomo IX. pag. 382, indagator Ecclesiasticorum monumentorum diligentissimus. Nec sane mirum: cum Dionysius, quem tertium ejus Ecclesiae prae antistitem Rogerio Siciliae Comiti coevum, ipsa primus fuerit. Nam Valerianus, quem subscripsisse ait Sexto Concilio, fictus est; eque atque alter, quem sine nomine vita S. Nili circa annum 990. collocat. Quis enimvero non miretur, nullam in Ecclesia sua memoriam esse antistitum, qui ibi fuerint per annos ducentos; multo vero magis Archiepiscopi, qui duodecimo seculo vixerit! Ludus hic, ut passim, Hebraïcus est. Gens Malaïnorum nulla unquam, nisi Judaeorum, fuit. Est enim Malinus, Judaeus: Maledicens afflicenti se: ficto nomine ex מלה-עין-ה. Neque alius fuit aliquando Nicolaus Malaïnus, quam Christus ipse

Nicolaus } Qui persecutoribus se maledicet.
Malaïnus } Judaeis.

De Nicolai Hebraïca origine, diximus n. 56. Duo quae sequuntur nomina, sunt:

Paschalis } clamans opprimentibus se maledicet
Bartholomaeus } Christus

Paschalis derivatur ex פלה-עשן-ברי. Bartho-

Lomæus non est hic ex vera origine Hebraïca, בר-תלמי: filius amantis: sed secundum leges ab impropria cohorte positas in his originationibus; ex חרמה-אלה-הכוה: ד: vt Christum significet, Qui cum imprecatur, maledicet occidentibus se. Sequitur, τὴν ἁγίαν μονὴν τῶν ὑπερ-άγιαν Θεοτόκου τῶν καλλιμίνου Ῥοχοβιάτη.

Monasterium	Synagogam
Θεοτόκου	errantem conterens affliget
Ῥοχοβιάτη.	Christus.

Θεοτόκον vnde derivent isti, non semel jam vidimus, n. 36. & 50. Ῥοχοβιάτη filia vox est ex רחק-עזה-חטא; vt Christum significet, Qui procul removens (Discedite a me maledicti) affliget peccatores. Deinde: πάνυ γὰρ ἐπολυόρκει (sic enim scriptum est, sed vitiose, pro ἐπολιόρκει, obsidebat, vt Montfalconius vidit:) Nicolaus Archiepiscopus, Christus Rex Judæorum, vt dictum est, μετὰ τῆς γενεᾶς αὐτῶ, cum suo genere, cum gentilibus suis Judæis: nam fuere Judæi reipsa in Rossanensi civitate, ex diplomate Friderici II. quod refert Ughellus, prag. 395. Vt hoc ænigma nebulo difficilioris redderet explicatus, non modo in hac oratione soloecizat, dum quartum casum ponit pro genitivo; sed, quod notabilius est, valde arcano scribendi genere vsus est in hac adnotatione describenda: ita vt litteræ omnes alphabeti sic permutentur, vt nulla non sit alterius vice. Ejusmodi arcani alphabeti formam affert Montfalconius, prag. 288. tum ex hac adnotatione ab homine, vt creditur, Italo facta; tum etiam, quod mirere, ex Colbertino codice 3607. alioque, n. 591. anni Christi 1509. in fine Menæi Græcorum mensis Septembris. Nam ea similitudo scribendi genere isto arcano, in tam difficilibus, vt vulgo creditur, librarijs, consensum impij hominum gregis probat, qui in eodem contubernio, vel in eadem eadem civitate, scriberent.

§8. Codex Regius 2043. Nomocanon scriptus, vt in fine legitur, τῆ παρακλήσει &c. hortatu beate memorie Nicolai scribe, τῦ χαρτου. Si vitam ejus discere velis; Illum pauperes & peregrini desiderent. Et mox: ἐγράφη δὲ χειρὶ Ἰωάννου ἐντελῶς πρεσβυτέρου.

Nicolaus scriba } christus est } Qui peccantibus se maledicet scribis.

Joannes presbyter } christus affliget seniores populi.

Exposita jam superius harum vocum originatio est. Sequitur: Anno 6613. tertia Decembris, ἰνδ. ϛ', Annus hic est Christi 1104. a Septembri. At eo anno tertia dies Decembris sabbatum fuit, non feria sexta: littera Dominicali B. Igitur vt de die admonitus fallitur, sic de anno fallit.

§9. Colbertinus 25. Simeonis Metaphrastæ December. In fine dicitur liber accepisse finem ope ac labore pij admodum monachi Gerasimi Præfecti sancti Monasterij ἱερέων, sacerdotum. Fictum ibi monasterij nomen est, nec alibi extra has subscriptiones vsquam visum, vt jam supra monuimus, n. XL. At sensus arcanus harum nominum hic est:

Monachus } Affligentes se affliget
Gerasimus } Christus
præfectus } principes
monasterij } synagogæ
sacerdotum } sacerdotum.

Gerasimus, fictum nomen est ex חצר-חצה-ה.ם: vt Christum significet. Qui increpans dividet occidentes se. Dividet autem, vt ipse dicit apud Matthæum, cap. XXIV, 51. Additur deinde; ἐγράφη δὲ διὰ χειρὸς Κλήμεντος μοναχῦ καὶ ἁμαρτωλῦ; interprete Græco Latinæ sententiæ:

Clementis } christus
monachi } affligentes se affliget
peccatoris } Judæos.

Clemens Vnde hic derivetur, jam diximus n. xl. Mox, mense Aprilj, Indict. v. annj 6620. quj Christj fuit annus 1112.

60. Regius 3513. Lexicon Alphabeticum, & alterum Biblicum. In fine dicitur absolutum anno 6624. quj est Christj 1116. At non potuit, vt alibj ostendimus, Græcum Bibliorum Lexicon scribj ante seculum XIII.

61. Colbertinus 2776. Gregorij Nazianzeni opera. In fine notatur annus 6625. quj est annus Christj 1117. Item μηνὶ & ἰνδ. Sed & mensis nomen erasum est, & indictionis numerus, ne falsj coarguerentur: & Michaëlis, quj descripsit, titulj omnes erasj.

62. Regius 2930. Ioannis Damasceni opera quædam. In fine legitur, ἐτελειώθη &c. Scriptus est hic liber opera Michaëlis Μιχαὴλ ἱερέως τῷ τοῦ φιλῆ: manu Basilij notarij τοῦ Σκαλίδου: anno 6632. Indictione 5. septima, imperante Ioanne Comneno porphyrogenito. Annus hic Christj fuit 1124. Montfalconius, pag. 303. scribit ἰνδ. Δ. Indictione quarta. At anno eo fuit Indictio secunda, non quarta, nec septima. Quj notam hanc Græce scripsit, de anno mentitur, vt jn Indictione fallitur. Nomina hæc autem propria geminam præbent sententiam:

Michaël / facendo / τῷ τοῦ φιλῆ } Christus / fraudes Judæi / conteret adhuc maledicens:

quj eum fuisset occidere. τῷ τοῦ φιλῆ velut unica vox derivanda ex Hebræo est, הלא-שא-תח-ת. Alioqui quid istud τῷ hic facit? Alibj est

Manuel / phile } Christus / clamans maledicet.

derivato phile ex הלא-העי. Manuel autem, vt supra n. 41. Hic præter alia fatnotæ versus de Spiritu sancto scripsit, a sensu Catholico prorsus alienos, quos Corelerius edidit,

DE ÆTATE

tomo III. Monum prg. 570. Denique

Basilius notarius Scalider } Christus persecutiet judæos Judæos.

Basilius, ut supra, n. 42. νοτάριος Græca vox non est, sed a scriptoribus mediæ (ut vocant) ætatis, qui Latine primum sua opera scripserant. Iussi sunt Græci in Occidentem advehi, hanc veluti Græcam retinere. Hic derivabit ex נוֹטָרִיקוֹן. Scalider fictæ vocis est ex נָגַף-חָרַף-קָלַל: ut Judæum scripsisse ficet, qui lapidare gaudebat inimicos.

63. Codex Oxoniensis, Octateuchus: hanc habet subscriptionem: Τέλος &c. Finem accepit Octateuchus, 20. ~~feria~~ Novembris, feria sexta, ὥρᾳ ἕκτῃ, hora tertia, anno 6634. Indict. IV. Annus est Christi 1126. cœptus a Septembri anni vulgaris 1125. Octateuchus autem Græce scribi vix potuit nisi post annos circiter centum. In fine legitur distichon a nobis descriptum a nobis ex codice Regio, n. 9. ex Colbertino, n. 42. describeque iterum n. 117. ~~ex altero Regio~~ K. 135. ex duobus aliis Regiis. Ex eadem utique officina hæc quatuor volumina primum prodiere; nec scripta proinde ante sæculum decimum quartum.

64. Regius 2498. Membranum mensis Novembris, completum, ut in fine legitur, nona Junii (diem hebdomadis ante librarius prætermisit:) anno 6635. Ind. V. Annus est Christi 1127. e Pagina ultima: Hic liber est Monasterii Præcursoris, quod situm est proxime Aëtii cisternam. Vetus autem monasterii nomen est Petra. Græce:

ἡ βίβλος αὕτη τῆς μονῆς τοῦ Προδρόμου,
τῆς καμένης ἐγγὺς τῆς Ἀετίου.
ἀρχαϊκὴ δὲ τῇ μονῇ κλῆσις πέτρα.
Θεῷ τὸ δόξαν, καὶ πόνος Θεοκτίστου.

Ubi ἡ Ἀετίου non est Aëtii cisterna, ut vertit Montfaucon; sed Ἀετίου μονὴ, ut vel ex superiore versu mani-

ſeſſe liquet; & jamdudum Vir Cl. Du-Cangius admonuit in Conſtantinopoli Chriſtiana, libro IV. pag. 152, Sed ipſum Aëtij Patricij nomen ſive Ciſterna, ſive Monaſterio datum non eſt, niſi a fabuloſæ hiſtoriæ ſcriptoribus, qui ſæculo decimo quarto & Aëtium (vt finxere) Patricium, & Theodoſium (vt appellant) junio-rem Conſtantinopolim tranſtulerunt, quam neuter vidit. Denique Aëtius fictum virij nomen eſt ab ἀετὸς aquila: quod nomen geſtum a quoquam fuiſſe non facile crediderim. Ab hiſtoricis ſcriptoribus media, vt appellant, ætatis, poſt has in codicibus manuſcriptis ſuæ ſubſcriptiones appoſitæ, ficta ſunt Conſtantinopolitana monaſteria Aëtij & Petra. Verum Anna Comnena, libro 2. Alexiados, pag. 54. monaſterium iſtud ſanctimonialium fuiſſe indic. An igitur apud ſanctimoniales depoſiti fuere a Græcis codices manuſcripti, tanto pretio, tanto labore confecti?

65. Cæſareus apud Lambecium, libro IV. pag. 81. Chryſoſtomus in Matthæum, a Buſbekio emtus Conſtantinopoli; quo ſcilicet hinc tranſvectus fuerat: habet eoſdem verſus tres ſubſcriptor, ac Regius proxime laudatus; & hinc quartum vltimumque:

Ἰωάννης γέγραφε νῦν Μαγδαβίτης.

Quæ duo ſunt juncta nomina, vt ſignificent;

Joannes } Chriſtus affligens
Magdabita } ingemiſcentes ſubſannabit peccatores:

vt dictum eſt ſupra, n. 56. Magdabita ſi-ctum nomen eſt ex נגד-עגב-נגע. Scriptores ſæculi XIV. & XV. deducta has voces Magdabe & Magdabita ad alia ſignificanda tranſtulere, quæ vix intelligere eſt. A clava quod Du-Cangius ꝑ vocabulum deri-vat, vereor vt vel ipſe vel alius cuiquam erudito probet. Initio codicis ſcribitur, Καὶ τοῦτο τὸ βιβλίον Δωροθέου: hoc eſt, Chriſtj: Qui irrigetur peccatoribus: derivato no-mine ex נגר-הרה-ד.

66. Cæsareus apud Lambecium, libro III. pag. 137. Opera quædam Basilij & Chrysostomj: cum nota anni 6637. qui fuit Christi 1129. In fine additur,

Χειρὶ ἀντελὸς Κωνσταντίνι Ταρσίτε,
τῆ ἐξ Ἀθηνῶν ἐν Κρήτη γενομένης.

Manu vilis Constantinj Tarsitæ, qui Athenis in Cretam migravit. Ita vertit Montfalconius. At ἐν Κρήτη γενομένης in Creta genitum manifeste significat. Non licuit viro alias Græca lingua peritissimo sensus ænigmatum horum arcanos; in quo (vti jam monuimus,) urbium nomina pro Hierosolymis; provinciarum, pro Judæa sunt. Hujus distichi nomina propria hanc habent sententiam:

~~Κύριε~~ Κωνσταντῖνος	Christus
Ταρσίτης	conteret peccatores
ἐξ Ἀθηνῶν	Hierosolymis
ἐν Κρήτη	in Judæa
γενομένης	natos.

Ταρσίτης ficta vox est ex תרץ. De Constantino dicimus n. 31.

67. Regius 2470. Officia Græcorum. In fine habet, ἔτους ϛχμα, ἰνδ. ια. μηνὶ Αὐγούστῳ β. ἡμέρᾳ δ'. ἐν ᾗ καὶ ὥρᾳ ἡ σκότος ἐγένετο ἐφ' ὅλην τὴν οἰκουμένην, Anno 6641. (Christi, 1133.) Indict. XI. mensis Augusti die 2. feria IV. hora octava, qua tenebræ factæ sunt in universa terra, Imperante Joanne Porphyrogenito & Irene piissima Augusta; Archiepiscopatum gerente Constantinopoli (nomen reticuit falsarius nomen Archiepiscopi sive Patriarchæ; nec ausus est fingere, ne mendax deprehenderetur;) œcumenico Patriarcha: diebus domni Niceta Archiepiscopi Thessalonicensis. Qui legeritis, orate pro me, qui hunc descripsi librum, ἰνχριδε καμοὶ τῷ ποιήσαντι τὸν δίλτον τῆ ταπεινῆ (pro τῇ ταπεινῇ) καὶ ἁμαρτωλῆ Θεοδώλῳ. Nomina propria geminam hanc sententiam præbent.

Joannes	Christus affliget
Irene	Synagogam
Constantinopolj	Hierosolymitanam
Patriarcha	Patris potestate.
Niceta	Pervtientes se conteret
Thessalonicensis:	Hierosolymitanos
peccator	Judæos
Theodulus	Christus.

Irene, vt nomina fœminarum omnia, pro synagoga est: & hanc suo nomine designat Irene, quæ interpretatur affligenti se: derivato eo ex יגה. חרה. Si Patriarchæ nomen Salsarius novit, callide prætermisit; quoniam in arcana sententia redundaret. Theodulus hic derivatur ex Hebræo תעה עדה אלה: vt Christum significet, qui errantes (Judæos) removens maledicet. Cetera ex antedictis sunt plana.

68. Cæsareus in charta bombycina, apud Lambecium, libro v. pag. 48. Theophylacti in Evangelia Marci, Joannis, & Matthæi. ἐγράφη διὰ χειρὸς λέοντος ἁμαρτωλοῦ καὶ ἀναξίου τοῦ τοῦ Παύλ, μηνὶ Ἰουνίῳ, ἰνδ. β'. ἔτους ,ϛφμϛ. Scriptus hic liber manu Leonis peccatoris & indigni filij Raul.s. anno 6647. qui Christi fuit 1139. Efficiunt hæc nomina hanc sententiam:

Leonis	Judæos
peccatoris	peccatores
& indigni	& indignos
τοῦ τοῦ Παύλ.	conteret inutus Christus.

τοῦ τοῦ Παύλ, velut vnica vox (vt n. 62. τῷ τοῦ φιλῶ) fit ex יגה. חרה. חת. ת. Cetera, vt jam superius dictum est.

69. Cæsareus, ibidem: Theophylacti in Lucam. ἐτελειώθη &c. mense Augusto, Indict. 2. vt proxime: sed absque anni nota. Brevior quoque notatio nominis librarij, quamvis sit idem: διὰ χειρὸς λέοντος

τῦ τῦ Ῥαάλ.
Λεόντος } Judæus
τῦ τῦ Ῥαάλ. } conteret jnimicus Christus.

70, Codex Regius 2862. Quatuor Evangelia. In fine legitur, vt accuratius edidit Montfaleonius, pag. 307.
τέλος ἔλαβε .... ὑπὸ χεῖρός ἐμῦ τῦ πολυτλήμονος καὶ ἀνταλῦς νοταρίᾳ Σολομῶντος ὁ ἀπὸ νοταρίων.
finem accepit ... manu mea miserrimi & vilis Notarij Salomonis ex ~~notarijs~~ numero notariorum; vt vertit Montfaleonius. Verum hîc, latet ~~ist~~ hîc sententia:

νοταρίᾳ
νοταρίᾳ } ~~Conteret~~ jnimicus
Σολομῶντος } ~~Scripsit~~ Judæus
ὁ ἀπὸ νοταρίων } ~~Judæus~~ Christus.

Σολομῶντος pro ~~Judæus~~ ponitur, Qui maledicens conteret afflingentes se: derivato nomine ex עונה - חם - הלצ - ש. Ἀπονοταρίων, velut una vox derivatur ex עונה - ענה - חנה - עונה - הלצ: vt Christum significet, Qui adhuc affligens conteret jnimicos afflingentes se. La causa est quamobrem artifex hujus subscriptionis non scripserit τῦ ἀπὸ νοταρίων, jd quod Grammaticæ leges profitebant; vel potius ἐκ τῶν νοταρίων: sed ὁ ἀπὸ νοταρίων: jd quod soloecum est, si sententia sit, vt censuit Montfaleonius hujus studiis ignarus, ex Notarijs, vel ex numero Notariorum. Adde quod nec vox Græca νοτάριος est, & satis inepte vel frigide aliquis dicitur Notarius esse ex numero Notariorum. Sequitur:
ἐτελειώθη δὲ ἐν ἔτει τῷ ἀπὸ κτίσεως κόσμου ϛχος. ἰνδ. α. ... ἐις τὰς ἰδ. τῦ Δεκεμβρίου μηνὸς, ἡμέρᾳ ε. Anno a creatione mundi 6676. (~~Christi~~ qui Christi 1168. cœptus a Septembri anni vulgaris ~~1168~~ 1167.) Indict. 1. ἐις τὰς ἰδ. ~~ἐπτὰ~~ Idus, opinor, voluit intelligi, quas Græci vt Calendas ignorant. At Idus non in feriam ~~quartam~~ quintam eo anno incidebant, sed in quartam:

decima quarta dies feria quinta fuit. Sed εἰς τὰς ἰδ. forsasse scripsit pro εἰς τὴν ιδ. ut vocem infra, n. 147.

71. Cæsareus apud Lambecium, libro III. pag. 72. Dionysij opera, cum scholijs Maximj. In eo exemplo de industria annum fuisse admonet Lambecius, exscribentis nomen hic exprimitur. Διὰ χειρὸς ἐλαχίστου καὶ ἀναξίου διακόνου τῆς Μεθύμνης, ἐπὶ Μανουὴλ βασιλέως. Ex his nominibus voluit artifex exsistere hanc sententiam:

ἐλαχίστου	Dividet dividentes se
καὶ ἀναξίου	indignos
διακόνου	Levitas
τῆς Μεθύμνης	Hierosolymæ
ἐπὶ Μανουήλ	affligens Christus.

Diaconj nomen non indicarj Montfalconio non placuit: approbauit Ioannis in interpretatione Latina; sed in Græco non est; ἐ & sententiam perturbaret, nisj Manuel omittatur. Itaque ex industria fallarius id omisit.

72. Colbertinus 643. Chrysostomus in Genesim. In fine legitur, τέλος &c. duodecima die Martij, feria quarta tertiæ Hebdomadis, lunæ secundæ, anno 6694. Indictione quarta. Annus est Christj 1184. At erat feria quarta secundæ tantum Hebdomadis, non tertiæ, sive mensis Martij, sive Quadragesimæ; nisj Hebdomadæ computentur a feria quarta Cinerum, quæ fuit eo anno dies 26. Februarij. At insolens ea ratio est a feria quarta Hebdomadas computandj.

73. Cæsareus apud Lambecium, libro VI. pag. 55. Collectio legum. In fine legitur; ἐτελειώθη τὸ παρὸν Νομοκάνονον &c. manu Constantinj lectoris, & simul ope servj Dei Præpositj Hieromonachj Laurentij, monasterij Μαγδαλὰ, anno 6699. (qui fuit Christj 1191.) Indict. 9. imperante Isaacio Angelo. Indictionis usum apud Græcos nullum fuisse, jam semel monuisse sufficit. Nomina hæc septem, quo sunt ordine posita hanc præbent sententiam:

Constantinus	Qui condemnantes se affligens affliget
lector	legisperitos,
Præpositus	Principes ~~sacerdotum Judæorum~~
Hieromonachus	sacerdotum Judæorum
Laurentius	in igne affliget:
monasterij	synagogam
Magula	removens maledicet.

Hieromonachus composita vox est ex ἱερεὺς sacerdos, & μοναχὸς, quod ex Hebræo derivatum diximus significare Judæum, n. 22. & alibi passim. Magula finem nomen est ex מגלה-אבן-הזה-מ. Cetera ex antedictis intelliguntur.

74. Cæsareus bombycinus apud Lambecium, lib. 5. pag. 45. Theophylacti in Evangelia. Hanc notam habet: τὸ παρὸν βιβλίον ἀποσάζει τὸ ἁγίου μου πατρὸς καὶ καθηγουμένου τῆς θεσσαρίας μονῆς τῆς περιβλέπτου Θεοδότους ἀσκητοῦ κυροῦ Μητροφάνους. Hic liber scriptus & absolutus est jussu sancti patris mei & Præpositi venerabilis Monasterij insignis Deïparæ, asceteæ domni Metrophanis. Efficiunt nomina ista hanc sententiam:

Præpositus	Principes
Monasterij	synagogæ
Θεοδότους	errantes conterens affliget
Metrophanes	Christus.

Metrophanes, Græcum nomen, hic derivatur ex Hebræo, מנע-תחת-רוץ-מ: ut Christum significet, Qui conterens conteret affligentes se. Cetera vide superius.

§. 6.

Codices seculi, ut Montfalconius putat, decimi tertij, quibus est adjuncta anni nota.

75. Colbertinus 2511. duodecimi seculi, inquit Mon-

falconius: In Matthæum Commentarius. In fine legitur; Ἔτι γὰρ &c. Hic liber est venerabilis Monasterij sanctissimæ genitricis Dei, quod (non quæ) cognominatur Gynæcej, Γυναικέως. Quomodo virorum, qui manuscriptos codices servent, monasterium potest esse, si Γυναικέως est hic ἀπὸ τῶν γυναικῶν? Sententia est,

Monasterium
Θεοτόκου
Γυναικέως

} synagogam errantem conterens affligit, qui affligit affligentes se Christus.

Γυναικέως hic ponitur pro יה-עקה-יה.

76. Codex Basilianorum Romæ: Nomocanon Nili Doxapatris, in quo recentiore manu, inquit Montfalconius, scripsit aliquis quidam Σινάτως τῆς Κριτ Indict. VII. anni 6742. (qui Christi 1234.) 18. April. — sanctæ & magnæ feriæ tertiæ natam sibi filiam esse, quæ in sacro baptismate nuncupatu est Ἀλφάζαν, sub Imp. semper Augusto Frederico. Et die 18. Septembris, anni 6744. (cœpti a Septembri anni vulgaris 1235.) Indict. IX. conjugem suam κυρὰν Γυάζις peperisse filium masculum Michaëlem. Montfalconius censet hæc nomina esse Arabica. Hebræa sunt; hoc est, ex Hebræo vel ficta vel derivanda, vt hanc præbeant sententiam:

Senator
τῆς Κριτ
Ἀλφάζα
Frederius
Γυάζις
Michaël.

} Christus Judæa synagogam dividet inimicus affligentem se: Hanc dividentem se continet Christus.

Non est Σινάτως τῆς Κρι. Senator judicij, τῆς κρίσεως, vt Montfalconius interpretatur: sed nomen ex Hebræo

עד-חת-ענה-ש: derivandum, vt Christum significet, Qui affligens conteret primicos. Τῆς Κρήτης scriptum est, ad occultandum ænigma, pro τῆς Κρητῶν νήσου: prosiba ι pro η: quoniam η Græci efferunt vt ι. Κρητῶν νῆσος Iudea vocatur: insula quidem, quoniam sic appellatur ab Isaïa, cap. xx, 6. Κρητῶν, quia Iudæi, vt Cretenses, mendaces: tum etiam eo quod, vt provinciarum, sic & insularum nomina pronuntur in his ænigmatibus pro Iudea. Ἀλφάξα fictum nomen est ex עץ-חצה-ארץ: vt Iudaïcam designet synagogam, Quæ Christum percussit. Frederius hic derivatur ex פרר-חרה-עקה, Γραζεὶς fictum nomen est ex גזה-חצה-רעץ.

77. Regius 3437. Petri Antiocheni & aliorum opuscula, duodecimi sæculi, vt censet Montfalconius, scripsit manu Basilii lectoris: hoc est, Christi, sive Veritatis:

Basilius lector } Qui eum dividet, maledicet legisperitis Judæis, qui ipsum morte damnarunt.

78. Colbertinus 714. Evangelistarium. In fine, Ἐτελειώθη &c. Absolutum est sacrum Evangelium manu Georgii sacerdotis Rhodii, ope ac studio Athanasii monachi Inclusi, ἐγκλείστου: ope item Christonymi Χαρίτου (vt videtur) . . . Et reppositum est in templo sancti Epiphanii magni Epiphanii, πλησίον τῆς Ἐκκλησίας. . . . Mensis Septembris prima die, anno 6713. Indictione x. Annus hic fuit 1205. cœptus a prima Septembris anni 1204. Priora nomina hanc fere habent sententiam:

Georgii sacerdotis Rhodii Athanasii monachi Inclusi } Superbos occidet sacerdotes Judæos Christus: affligens afflictentes se ingemiscentes invidebit.

Athanasius pro Christo ponitur, Qui conterens affliget dividentes se, Judeos nempe, ut non semel diximus: derivato nomine ex יצה - נגע - נתק. Inclusus, deducitur ex קצץ - נגר. Sequentia, quoniam lectio dubia est, nunc relinquimus.

79. Cæsareus 304. Hymnologium & Cantica: cum hac adnotatione: ἐτελειώθη &c. Completus est hic liber mensis Februarij xx. die, Indict. IX. anno 6729. (qui Christi fuit 1221.) manu mea miseri, & ignoti sacerdotis ex Citro, cui nomen Joannes, cognomen Δαλασσηνός. Sententia est,

Sacerdos	sacerdotes
ex Citro	ex Hierosolyma
Joannes	Christus affliget,
Dalassenus	qui separabit affligentes se,

Ut supra, n. 22. Κύτρον urbs Macedoniæ, pro Hierosolyma ponitur.

80. Venetijs, Codex Theophylacti in Evangelia, scriptus anno mundi 6737. qui Christi fuit 1229. At opus illud esse sæculi XIV. alibi ostendimus.

81. Regius 3770.2. Βασιλικῶν Διατάξεων, Imperialium Constitutionum. Fol. 3. legitur, Βασιλεὺς Φρειδερίκος &c. Imperator Fredericus ἀπλανὴς semper Augustus, Italicus, Siculus, Hierosolymitanus, Arelatensis, Pius, Felix, Victor, καὶ τροπαιοῦχος. Non fuit Italiæ rex, nec Arelatensis, nec Pius aut Felix, ut sunt in nummis Cæsarum hæc duo vocabula cognomina familiarum: semper Augustus imperite hoc sæculo XIII. dici cœpit Imperator Romanorum.

82. Regius 3499. Gregorij Nazianzeni Sermones selectiores cum Commentarijs. In fine legitur; Scripti manu Germani Hieromonachi & humilis Lingæ: anno 6739. (qui Christi fuit 1231.) Indict. IV. Julij mensis

Die 2. Efficiunt ~~hæc~~ ea nomina hanc ſententiam:

Germanus Hieromonachus τῦ Λίγγι ~~Lingues~~	Conteret affligentes ſe ſacerdotes Judæos Chriſtus.

Germanus hic derivatur ex ⁊⁊⁊-⁊⁊⁊. De Hieromonacho, vide n. 73. τῦ Λίγγι ~~Lingues~~ fictum nomen eſt ex ⁊⁊⁊-⁊⁊⁊ ⁊⁊⁊-⁊⁊⁊ : vt Chriſtum ſignificet, Qui maledicet perſecutoribus ſe.

83. Colbertinus 4111. Rerum aſceticarum collectio: ſcripta manu, peccatoris & indigni Hieromonachi Genſimi, 22. Februarij, anno 6744. (qui fuit Chriſti 1236. Indict. IX. His nominibus Chriſtus deſignatur,

Peccatoris & indigni Hieromonachi Genſimi	Qui peccatores & indignos ſacerdotes Judæos jnterpans diuidet odientes ſe.

Vt ſupra, n. 59.

84. Regius 2901. Chryſoſtomi quædam. Anno 6773. (qui fuit Chriſti 1265.) Reliqua libri folia veteſtioris manus eſſe cenſet Montfalconius. At ipſe Chryſoſtomus, partus eſt ſeculi decimi quarti.

85. Colbertinus 845. Dionyſij Areopagitæ opera, ſcripta ἔτει ϛψπ. ἰνδ. ιϛ. κύκλῳ πλίῳ δ! κύκλος σελήνης ιϛ. anno 6780 (Chriſti 1272.) Cyclus ſolis IV. Lunæ XIV. At eodem anno illo Indictio XIII. cyclus ſolis 19. Lunæ 17. Scriptor Longinum ſe vocat, ἔσχατον μονοτρόπων.

86. Regius Bombycinus. 3482. Opus de plantis, &c. In fine legitur, Τέλος τὸ βιβλίον, ἢ Κυπαρίσσες &c. Hic liber, ſive Cyparides, ſcriptus eſt in caſtro dicto Gangra, manu Ioannis τῦ Πρεσβύτερ.... anno 6780. (qui eſt Chriſti 1272.) Memento Domine ſervi Dei Nicolai & Eudoxiæ. Ex his nominibus fit iſta ſententia:

Cyranides	Iudeos
Gangra	Hierosolyma
Ioannes	Christus affliget:
Prespinus	Vlciscens conteret affligentem se
Nicolaus	Christus
Eudocia.	Synagogam.

Cyranides fictum nomen est ex קרן-חדה: vt Iudaeum significet e regno Iuda, qui regno gaudebat. Gangra, vt omnia ciuitatum nomina pro Hierosolyma est. Prespinus, nomen fictum ex פרע-שבה, Eudocia pro Synagoga ponitur, vt nomina feminarum omnia. Originem istius superius dedimus, n. 42.

87. Regius bombycinus 2753. Lexicon, cuius in fine legitur: Completus est liber manu peccatoris Athanasij monachi, anno 678. (qui Christi 1273.) Indict. 1. mensis Iulij 8. die sabbati.

Peccator Athanasius monachus.	Iudaeos Christus affligentes se affliget.

De Athanasij origine vide n. 78.

88. Regius 2385. scriptus in Monasterio τῶν Γρεσσῶν, manu Athanasij peccatoris, mensis Februarij XVII. feria V. Indict. IV. Haec Indictio, cum eodem Athanasij nomine, qui proxime est appellatus, suadet annum iudicari, qui Christi fuit 1276. At eo anno dies 17. Februarij feria secunda, non quinta fuit. Ex his tribus nominibus fit hac sententia:

Genesius Athanasius peccator	Christus conterens affliget diuidentes se Iudaeos.

Genesius hic derivatur ex גנה-עצה-זה: vt Christum significet, qui affliget dividentes se.

89. Regius 2883. Gregorij Nysseni in Canticum de

alia Patrum opera. In fine legitur, ἐτελειώθη &c. mensis Januarij 26. anno 6784. Indict. x. Est hic annus Christi 1276. At eo anno fuit Indictio quarta.

90. Regius 2951. alias 1026. bombycinus. Collectio Græca epistolarum &c. e Conciliis & Patribus; quorum indicem ipsi scimus ante annos amplius triginta. In fine: Hic liber scriptus est manu Leonis Cinnami: completus Deo juvante, mensis Martij XIV. die, Ind. IV. feria 7. anno mundi 6784. (qui est Christi fuit 1276.) imperantibus Michaële Duca Angelo Comneno Palæologo & novo Constantino, & Theodora Augusta, & domno Andronico Comneno, atque Anna piissima Augusta. Et depositus est in Bibliotheca Imperiali. Exscriptus est autem ex libro, qui repertus est in vetere Bibliotheca sanctæ Ecclesiæ veteris Romæ: qui liber scriptus fuerat anno 6297. (Christi 789.) ita ut a prioris libri scriptione usque ad descriptionem hanc intercesserint anni 517. Scatet mendaciis hæc subscriptio: Continet volumen illud excerpta amplius trecenta, & quidem prolixa valde nonnulla, ex Patribus & Conciliis, ad conciliandam, unius rejus Codicis testimonio, tot monumentis, Græcis ac Latinis, auctoritatem; quæ tamen non ante sæculum decimum quartum nata sunt. At ex his Excerptis unum est Joannis Hierosolymitani contra Constantinum Copronymum, in quo mentio fit obitus Constantini Patriarchæ CP. quem tamen obiisse anno tantum 767. Theophanes est auctor. Mentitur ergo Cinnamus in hac notatione temporis; ac proinde in altera similiter. Bibliotheca Romæ aut Parisijs (præterquam librorum sacrorum) nulli ante sæculum decimum quartum nulla fuit, nedum Constantinopoli: Nec codex ille Romanus, quem a se descriptum fuisse Cinnamus mentitur, usquam comparet. Nec vetus Roma unquam est appellata, præterquam in falsis monumentis. Fictum ipsum nomen est Leonis Cinnami,

Leo Cinnamus } Christus invidos conteret.

Cinnamus fit ex קנמוס. Sic scriptor historiarum

Ioannes Cinnamus } Christus afflictos invidos conteret:

Iudeos, vitio suo, qui per invidiam tradiderunt eum: Matth. XXVII. 18. Idem, qui per malitiam [illegible]

βασιλικὸς γραμματικὸς } cum dicit, maledicet afflictis Scribis.

Alioqui quid sit βασιλικὸς γραμματικὸς, eruditi facentur se nescire. βασιλικὸς, vt supra Basilius. n. 42. est ex Hebraeo עקה - אצה - חצ. γραμματικὸς est pro γραμματεὺς Scriba, qualis memoratur Matth. VIII, 19. & alibi passim in Evangelio. Hunc quidam appellant Cinnamum, hoc est, Iudaeum similiter, qui afflictantes se oculis: שנה - חסם: inde & Κίννα[illegible] denique pariter ex חסם - ענה. Arreptum quoque a Martiale, libro VII. Epigr. 63. sed metri causa Cinnami nomen, quem tonsorem fuit. Allatius tamen ait hoc statue exstitisse in Graecia familiam Cinnamorum.

91. Laurentianus, pluteo VI. continet Evangelia: scriptus anno 6793. qui Christi fuit 1285.

92. Regius 2458. bombycinus: Vitae quorundam sanctorum. In fine habetur, ὑπόθη &c. mense Martio, Ind. XIV. anno 6794. qui Christi 1286. In isto & similibus Indictionis nota & annus mundi, vel si sola sint, scriptor esse codices in orbe Latino demonstrat.

93. Caesareus, apud Lambecium, libro IV. pag. 187. Ioannis Climaci Scala: manu Nicephori peccatoris, ταχυγράφου & lectoris, mense Augusto, anno 6794. vt proxime. Christus est,

Nicephorus peccatrix ταχυγράφος & lector. } qui pervicaces se conteret Iudaeos scribas & legisperitos.

De Nicephori origine vide supra, n. 12. & 13. ταχυγράφος pro Scriba ponitur, ob illud Psalmi XLIV, 2. Calamus SCRIBAE, VELOCITER SCRIBENTIS, hoc est ταχυγράφου. De

lectoris origine, vide supra, n. 26. Hujusmodi subscriptionibus adductus Montfaconius Dissertationem instituit de Calligraphis & Tachygraphis; de quibus mentio est apud scriptores, ut loquuntur, mediæ ætatis; sed qui ~~has subscriptiones~~ post has subscriptiones, vel simul cum harum artificibus, sua scripta vulgarunt.

94. Codex Ottobonianus. Nicetæ scholia in Gregorium Nazianzenum, Anno 6799. qui Christi 1291.

95. Ejusdem Bibliothecæ, Lexicon scriptum anno 6800. qui Christi 1292.

96. Cæsareus apud Lambecium, libro VIII. pag. 358. & ~~364~~.365. Vitæ sanctorum: liber scriptus a Joanne sacerdote, sumptibus Alexii cujusdam; metropolita Sophronio totius Gothiæ: his nominibus subesse rei sententia:

Joannes	Christus affligens
sacerdos,	sacerdotes Judæos
Alexius,	~~Judæos~~ Christus
metropolita	metropolim
Sophronius	conterens conterret affligentem se
totius Gothiæ.	totius Judæ.

Alexius hic derivatur ex אלה-חלש: ut Christum significet, qui maledicet dividentibus se: Judæis utique, ut sæpe diximus. Sophronius, ex ~~σωφρονεω~~ שוע-רעה-ענה. Gothia quæ diceretur sæculo decimo tertio nulla magis fuit, quam nunc est. Post subscriptionem libri, qua est in Concilio Niceno, & Valentis Aug. historiam fabulosam, Gothiam non legimus.

97. Regius 2334. Chrysostomus in Joannem &c. In fine, ~~ἐγρ~~ ἐγράφη &c. jussu & sumptibus sanctissimi Præsecti venerabilis Monasterii sancti & Thaumaturgi Theodori Brontochii: manu vero

Εὐτιλῆς νομικῆς vilis legisperiti Basilacæ: anno 6704. (qui fuit Christi 1296.) mensis Julij die undecima, quarta hebdomadis die, hora sexta. Quæsita hæc sunt, fictaque nomina, atque eo posita ordine, vti cetera: vt significent,

Præfectus Monasterij	Principes synagogæ
Theodorus	Christus
Brontochius.	fulmine affliget afflictantes se:
νομικὸς Basilacas.	legisperitos cum dividet, maledicet afflictantibus se.

Theodorus derivatur ex תרה-עדה-תעה: vt Christum significet, Qui errantes (Judæos) removebit finibus. Hæc vere sanctus & Thaumaturgus, hoc est, miraculorum patronus, sed præter ipsum Theodorus Brontochius nullus fuit. Brontochius, fictum nomen est ex ברא-ענה-עקה. Νομικὸς a νόμος lex est, pro legisperito. Basilacas denique, fit ex עקה-אלה-חצה-ב.

98. Codex Regius 3027. Canones & Patrum opuscula. In fine habetur, in folio tacito, ἔτει ϛωε. anno 6805. qui Christi fuit 1297.

99. Regius 2691. Pauli Æginetæ opera. In fine legitur, ἐτελειώθη &c. Manu mea Michaëlis Lulludæ, τῇ Λαλλάδῃ, mense Februario, Indict. XIII. ἰνδ. ιγ΄. anni 6807. qui fuit Christi 1299. Abierat eo anno Indictio duodecima tantum. Fictum Michaëlis Lulludæ nomen est, vt significet;

Michaël	Christus
Lulluda	maledicentes sibi removebit.

Lulluda fit ex עדה-אלה-ל.

Hactenus codices, quos bombycinos esse non monuimus, in membraneis sive pergamenis sunt examinati.

§. 6.

Codices, in quibus anni notatur sæculi decimi quarti.

100. Regius 2269. Dionysii opera &c. In fine habet; ἐτελειώθη σὺν Θεῷ ὁ ἅγιος Διονύσιος, διὰ χειρὸς ἁμαρτωλοῦ Ἀνδρονίκου τοῦ Λεπεντ-ενοῦ, μηνὶ Ἰουλίῳ, ἰνδ. ιβ. ἔτει ϛωι.

Ἄλλοι μὲν ἄλλα τῇ μονῇ μετὰ πόνου.
Ἰγνάτιος δὲ τήνδε τὴν βίβλον φέρει.

manu peccatoris Andronici Lepentreni, mense Julio, Indict. XII. anno 6810. (qui Christi annus est 1302.) At eodem anno Indictio XV. Alii quidem alia monasterio contulere cum labore: Ignatius autem hunc librum affert. Juncta sunt primum Latine, ut pateant hanc sententiam:

Dionysius, peccatoris Andronici Lepentreni Ignatius	Christus Judæos ligantes se conterens persecutiones Christus removebit persecutiones se.

Dionysius derivatur ex חצה-ענה-רוי: ut Christum significet, qui affliget dividentes se, Judæos, qui solvunt ישוע, ut sæpe diximus. Andronicus, ex ענר-רעה-נכה. Lepentrenus filius vero est ex חפה-נתר-ענה-לי: ut Christum significet; Qui operientes se (Judæos, qui velaverunt eum, Luc. XXII, 64.) removens affliget. Ignatius denique ex הגה-נחת,

101. Regius 2027. Vitæ Sanctorum. In fine legitur, διὰ χειρὸς Γεωργίου τοῦ Ῥοδίου, mense novembri, τῆς ε'. ἰνδ. ἔτους ϛωιε. anno 6815.

qui fuit Christi 1307.

Georgius Rhodius } christus } qui superbos occidet Iudeos.

hoc est, morte damnabili æterna. Nomina insularum, vt diximus, atque ac provinciarum omnia, pronuntur pro Iudæa.

102. Regius 2283. Eusebij Cæsariensis varia. In fine legitur: Πληρωθὲν διὰ θυσιῶν τῶν ψωῶν Γαλτεριοῦ τοῦ Βεγγοῦ: mense Septembri, die 26. feria 2. anno ϛωιϛ. Ind. ϛ'. anno 6816. qui annus Christi 1308. At eo anno dies 26. Septembris, feria tertia fuit, littera Dominicali A.

Γαλτέριος Βεγγοῦ } christus est { qui reprobatorum sacrificiis, cum occidet eos.

hoc est, cum morte damnabit æterna. Γαλτέριος sive Gualterius hic derivatur ex ז-ל-ת-ר-ב-ע-ל. Βεγγοῦ fit ex ז-ג-ן-ב-ן. Neque enim hic legi Benjamitis debet, vt Montfalconius censuit.

103. Laurentianus, plutei XXVIII. Theon Alexandrinus. In fine sic legitur: Exacta XII. Ind. anno 6832. Christi 1324. Elapsi sunt ab anno primo Philippi Aridæi anni Romani 1638. ab imperio Augusti Imp. 1343. ab imperio Diocletiani anni 1040. Epochæ omnes fictæ falsæque: atque vt de ceteris nunc sileamus, de quibus alibi egimus; ~~anno 1324. Indictio septima, non duodecima fuit.~~ Annus 6832. non fuit Christi 1314. sed 1324. quo Indictio septima, non duodecima fuit.

104. Colbertinus 2493. Homiliæ & Vitæ sanctorum. In fine: Scriptus est hic liber manu mea Georgij sacerdotis & ταβουλαρίου τοῦ Καλοσίτου, καὶ χωρίτου καλλιγράφου. Ἐτελειώθη δὲ ἐν μηνὶ Αὐγούστῳ εἰς τὴν κ', ἡμέρᾳ σαββάτῳ, ἤτοι ϛ Vicesima Augusti, die sabbati sive septima, anno ϛωκγ.

6823. (qui Christi 1315.) Ind. XIII. At eo anno dies vicesima Augusti, litteræ Dominicalis E. feria quarta, non sabbatum aut feria septima fuit.

Georgius	Christus
sacerdos	sacerdotes
tabularius	Judæos
Καλόσιπος	combussere fecit opientes se:
καὶ χωρητῶν	fratres interfecit
καλλιγράφων.	scribas.

Tabularius derivatur ex תעב - עבד - עבה: ut Judæum significet, Qui abominans maledixit inimicis. Καλόσιπος sima vox est ex יקלה - עשה - חפה. Spectavit artifex tum illud Lucæ, Et velaverunt eum: tum illam Christi vocem: Discedite a me maledicti in ignem æternum. Χωρητῶν non sunt hic χωρητὰ incolæ, ut vertit Montfalconius; nam cujus ii demum oppidi vel agri incolæ! Ad eclipsin sciam singuli huic conscribendo volumini manum & operam contulerunt, ut tabularius Calosipus! Sed scelesta Græca vox est, quæ derivari ex Hebræo חרה - טעץ possit. Scribæ Judæi, qui Christum occiderunt, a scribendi munere, ut jam diximus, satis lepide καλλιγράφοι nuncupantur. Adjicitur deinde: Sub imperio piissimorum & Christi amantium magnorum Imperatorum Andronici & Irenes, Michaëlis & Mariæ, & Andronici Imperatoris. Series Imperatorum & Principum CP. a suppositiciis tantum sciri potest nota. Ex nummis notum ea ætate Andronici duntaxat geminj nomen est. Hæc Reges ibi fuere, vel Imperatores; sed Despotæ tantum. Vide Numismata Cæsarum Constantinianj, pag. 497.

105. Laurentianus, pluteo LXX. Herodoti libri IX. scripti manu Nicolai Triclinii, mense

Martio, Ind. 1. anno 6826. qui Christi fuit 1318. Fictum scribæ nomen est, vt sit

Nicolaus } Christus
Triclinius } prorsus removebit affligentes se.

Triclinius fictum viri nomen est ex triclinio; eo quod derivari potest ad id significandum quod diximus, ex τὴν-ὁ-πλήν-τας: vbi ὁ articulus est accusativi casus: τας significativa futuri feminini pro masculino, more Hebræo. Vetusto sane de genuino Hesychii operi librarii nomen & annus mundi subscriptus ex industria est: nesci in ecclesiasticis tantum scriptis ea cum occurreret, causæ quæreretur, cum suspicione fraudis.

106. Laurentianus, pluteo VII. Gregorius Nyssenus in Cantica; scriptus anno mundi 6831. qui Christi fuit 1323.

107. Laurentianus. Ioannis Climaci scala, scripta anno mundi 6832. qui Christi 1325.

108. Regius 2309. Gregorii Nazianzeni opera. In fine legitur, ἔτους ϛωλδ. anno 6834. qui Christi fuit 1326.

109. Colbertinus 728. Gregorii Nazianzeni orationes. In fine legitur: ἐτελειώθη &c. Completus est hic liber anno 6835. (qui Christi fuit 1327.) ϛωλδ. δεκάτη, Indict. x. regnantibus piissimis & Christi amantibus Imperatoribus nostris, βασιλέων ἡμῶν παλαιολόγων. Nescit iste dominorum suorum Paleologorum nomina. Et βασιλεῖς nominat, qui Despotæ tantum erant.

110. Regius 2395. Theophylactus in Evangelia: scriptus, vt in fine legitur, anno 6835. qui Christi fuit 1327.

111. Codex Benedictinorum Florentiæ, Dionis Chrysostomi LXXX. orationes. In fine legitur, ἐτε-

λειώθη dec. manu Theodori Δοκιανῦ τῦ Συρεών, mense Februario, Ind. XI. anno 6836. qui fuit Christi 1328.

Theodorus Docianus Symeon	Errantes removebit juntus Judæos Christus.

De Theodori origine dictum est n. 97. Docianus, fictum nomen est ex הרע-עקה: vt Judæum significet, Qui affligit affligentes se. Symeon pro Christo ponitur, Qui conteret affligentes se: derivato nomine ex העה-שם-ע.

112. Laurentianus, plutei XI. Vitæ sanctorum mensis Novembris. In fine legitur: Ἰωακεὶμ ὄνομα τῷ γεγραφότι. Joakim nomen est ejus qui scripsit. Completus est liber mense Octobri, Indictione XI. anno 6836. cœpto a Septembri anni vulgaris 1327. Scriptus est labore ac ope venerabilis inter Hieromonachos domni Ignatii cum cognomento Justi, in celebri monasterio τῶν Ὁδηγῶν. Joachim hic derivatur ex יה-עקה-הם: vt significet, Christus affliget occidentes se. Deinde sequentia nomina hanc habent sententiam, præfixo eo nomine Joakim:

Joachim Hieromonachos	Christus affliget occidentes se sacerdotes Judæos:
Ignatius Justus in monasterio Ὁδηγῶν.	Christus dividet synagogam Judæorum.

Dividet autem, vt dicitur Matth. XXIV, 51. cum partem illorum ponet cum hypocritis: illic erit fletus & stridor dentium. Justus hic derivatur ex חצה-ז: De appellatione Ὁδηγῶν, egimus supra, n. 36.

113. Regius 3483. Nicephori Blemmydæ Philo-

Sophia. Ἐτελειώθη mense Februario, die 21. anno 6840. qui fuit Christi 1332.

114. Codex Benedictinorum Florentiæ. Synaxarium, ac breve Menologium. In fine habet: Χειρὶ &c. manu peccatoris & ἐλαχίστου Μάρκου, anno 6840: cœpto a Septembri anni vulgaris 1331. mensis Decembris 28. feria secunda.

Peccator
ἐλάχιστος } Judæos
Marcus } dividet dividentes se
Christus.

Marcus hîc derivatur ex מחה-ערק: vt Christum significet, qui perdet persequentes se. De cæteris nominibus diximus superius.

115. Regius 1884. Evangelistarium; hoc est, Evangelia per annum. In fine legitur, Ἐτελειώθη &c. anno 6844. (qui Christi fuit 1336.) Indictione IV.

Θεοῦ τὸ δῶρον, καὶ Χαρίτωνος πόνος.
Dei donum, & Charitonis labor.

Nomina hæc duo juncta idcirco sunt, vt hanc præbeant sententiam, vel si seorsum spectentur a consequentibus:

Θεὸς
Χαρίτωνος } Christus
conteret affligentes se.

Θεὸς vt הוה & יה pro Christo ponitur, qui Deus est. Χαρίτων, Χαρίτωνος, derivatur ex חרה-חוק-ענה. Sequitur: Hunc quoque librum idem ipse sanctissimus & justissimus venerabilis monasterij sanctissimæ Θεοτόκου τῶν Ὁδηγῶν Hieromonachus dominus Ignatius reposuit in sacra & divina mensa hujus colendissimi Templi:

Θεὸς
Χαρίτωνος
Monasterij
Θεοτόκου
τῶν Ὁδηγῶν
Hieromonachus
dominus
Ignatius. } Christus
conteret affligentes se:
synagogam ~~currentem~~
errantem conteret afflget
Judæorum:
sacerdotes Judæos
Christus dominus
removeas conteret.

Hæc omnia jam superius vidimus, Principii n. 112. Idem igitur qui & illum Laurentianum codicem sive Florentinum, & qui hunc Regium descripsit.

116. Laurentianus bombycinus, Homeri Ilias. Mense Martio, Indict. 7. anno 6847. (qui fuit Christi 1339) Feliciter.

117. Regius 2703. Nicolai Myrepsi, Oribasii, & alia medica. In fine scriptum est:

Ὥσπερ ξένοι χαίρουσιν ἰδεῖν πατρίδα,
καὶ οἱ θαλαττεύοντες ἰδεῖν λιμένα,
Οὕτως καὶ οἱ γράψαντες (τῆς) βίβλου τέλος.

Vide quæ diximus n. 63. Sequitur: Completus est hic medicus liber labore multo mei Demetrii medici peccatoris τῷ Νομαχλόμῳ cognominati; manu domni Cosmæ sacerdotis τῆς Καμήλου & Exarchi sanctissimæ metropoleos Athenarum: mense Augusto, Indict. 7. anno 6847. (qui fuit Christi 1339.) Amen, amen, amen, fiat, fiat.

Demetrius medicus peccator Nomachlomus } Christus removens affligentes se Judæos, absconditus comburet occidentes

Demetrius Christus est, vt n. 37. Medicus (nam ex Latinis Græca hæc facta sunt) derivatur ex עקה-עזר-מד. Nomachlomus fictum nomen est ex הם-קלה-נעמה.

Cosmas sacerdos τῆς Καμήλου καὶ Ἔξαρχος μητροπόλεως Ἀθηνῶν } Christus sacerdotes Judaïsmi, & principes Hierosolymæ conteret affligentes se.

Cosmas pro Christo ponitur, Qui conteret: derivato nomine ex כתת-ת. Κάμηλος fictum nomen est, pro Ju-

dæmo, Qui occidit maledicentes sibi: derivato nomine ex ירה-שלם-ה. Μητρόπολις pro primaria Iudeæ civitate ponitur, quæ Hierosolyma est. Ἀθηνῶν denique hic est ab [illegible] ענה-חת.

118. Codex Benedictinorum Florentiæ; Grammatica Maximj Planudis: scriptus anno 6849. qui fuit Christi 1341.

119. Laurentianus, plutæo VI. Eusebij præparatio Evangelica. Anno 6852. qui fuit Christi 1344.

120. Codex Benedictinorum Florentiæ; Æschyli Tragœdiæ, cum scholijs, & Dionysius Periegetes similiter. In fine Æschylj legitur: A magno Constantino anni sunt 1042. A Domino Christo 1344. a creatione mundj 6852. Excitavit autem pijssimus Imperator Justinianus 365. Ecclesias. Falsæ sidraque epocha, præter eram Christi. Vide Numismata Sæculj Constantiniani & Justinianej.

121. Regius 3271. Nicephorj Callistj Rhetorica, &c. In fine habet: ἁγία τριὰς Στεφάνῳ τῷ ἁγ δήλῳ καὶ λάτρῃ σῶσον, ἀμὴν, ἀμὴν, ἀμήν.

121.ª Codex Ill. Strozzij Romæ, Homerj Rhapsodiæ. In fine legitur: Μηνὶ &c. Mense Maio, die 19. anno 6854. (qui Christi fuit 1346.) Indictione XIV. corruit κατάπτωσιν divinum ac cœleste templum sanctæ & magnæ Catholicæ Ecclesiæ, cui nomen Sapientiæ Dei, τῆς Θείας Σοφίας, gloria vniversi orbis. Eo addit Montfaucenius codicem ejusdem esse ætatis. Adnotatio hæc posita in isto codice videtur ad conciliandam fidem vetustatis, tum nominj sanctæ Sophiæ, tum Historiæ Cantacuzenj; a quo idem illius Ædis illius casus narratur, libro IV. cap. IV. pag. 718.

122. Codex bombycinus domini Justiniani, Venetijs, Michaëlis Psellj Synopsis Psalterij, Athanasij in Psalmos, &c. Scriptus anno 6854. qui fuit Christi 1346.

123. Laurentianus, Dionysij Areopagitæ opera. In fine legitur: ἐγράφη διὰ χειρὸς Νικολάου τοῦ Μίλητος,

ἐπὶ ἔτους ϛωνϛ. ἰνδ. α. Ἰανουαρίου κϐ'. Fuit hic annus Christi 1348. mundi (vt volunt) 6856.

Νικολάου } Christus
Μέλητος } maledicentes conteret.

Μέλητος, fictum nomen est ex תחה-לחץ-ך.

124. Regius 2521. Constantini Harmenopuli — Promptuarium legum. Scriptum mense Decembri, die 14. Indict. 5. anno 6860. ἡμέρᾳ δ'. feria quarta. Annus est Christi 1352. At eo anno dies XIV. Decembris feria sexta, non quarta, fuit. Mendax ergo qui scripsit: nec minus annum haud dubie, quam diem, falso posuit.

125. Codex Benedictinorum Florentiae; Grammatica Planudis Manuelis, Planudis, &c. In fine scribitur; ἦλθεν ὁ μητροπολίτης &c. Venit Metropolita, 24 Aprilis, feria 6. hora 1. noctis, anno 6868. Indict. XIII. Annus hic Christi fuit 1360. Sed quis iste μητροπολίτης!

126. Regius 1830.[2] Catena in Job, cum figuris. In fine legitur; ἐτελειώθη ... διὰ χειρὸς Μανουὴλ τοῦ Τζυκανδύλη, κατὰ μῆνα ... τῆς ιε' ἰνδ. ϛωο. Enasum mensis nomen est, eo quod cum Indictione non conveniret. Annus ille fuit 6870. coeptus a Septembri anni vulgaris 1361. quo mense Indictio XV. inuipiebat. Confer codicem alterum Regium, de quo dicemus n. 132.

Manuël } Affligentibus se maledicet
Τζυκανδύλης } Christus.

Τζυκανδύλης ficta vox est ex לחץ-יגע-קלל: vt Christum significet, Qui clamans ligantibus se maledicet: clamans vtique, Discedite a me maledicti, Iudeis qui ligauerunt eum, Ioan. XVIII, 12. Τζυκανδύλης scribitur Dux quidam apud Ioannem Cinnamum, lib. 2. pag. 43. ex eodem origine.

127. Laurentianus, pluteo LXXX. Paraphrasis Ethicorum Nicomachicorum Aristotelis. In fine libri legitur, scriptum eum esse sumtibus prisslimi

& Christo amici Imperatoris nostri Ioasaph monachi Cantacuzeni, anno 6872. mensis Martij die 24. Indict. 5. Annus est Christi 1364. At eius anno eo Indictio tantum secunda. Et dies ille 24. Martij, sanctus ipse dies Paschæ fuit. An eo ipso die Calligraphus scribebat? Monachatus Imperatoris Cantacuzeni fabulam sapit.

Ioasaph monachus Cantacuzenus } Christus dividet adhuc affligens afflictantes se Iudæos.

Ioasaph derivatum nomen est ex יְהוֹ-חָצָה-אָף Cantacuzenus, ex יְהוֹ-עָנָה-קוּץ: vt Iudæum significet, Qui afflixit odio habens afflictantes &c. In familijs Græcis hodie Cataczeni &c sunt, nulli Cantacuzeni.

128. Regius 2270. S. Iustini opera. In fine legitur; ἐτελειώθη &c. anno 6872. Ind. 2. Septembris die xi. Annus est Christi 1364.

129. Laurentianus, pluteo 28. de Grammatica, scriptus anno 6874. Indict. ix. Annus est Christi 1366. At eo anno Indictio quarta fuit.

130. Regius 1826. S. Theodori Graptæ, Vita Nicephori Cp. & ejus opera De Imaginibus. Dicitur in fine hic liber descriptus ex altero vetustiore, sed valde corrupto, & ex librarij imperitia vitiato. Codex ille ipse alter in Regia quoque Bibliotheca asservatur, & a Montfalconio creditur esse sæculi noni. In fine legitur; τὸ παρὸν βιβλίον &c. Hic liber S. Theodori Graptæ .... studio Sancti nostri ἀνθέντος καὶ βασιλέως κῦρος domnῦ Ἰωάσαφ τῦ Καντακουζηνοῦ .... transscriptus est .... anno 6876. (Christi 1368.) mense Martio, Indictione 6.

Theodorus Graptus } Christus provocabit declinantes a se:

Domnus	Dominus
Ioasaph	christus dividet adhuc
Cantacuzenus	Iudeos.

Graptus, est a Græco γραπτὸν, sed vt derivatur ex Hebreo, תְּפוּ־חִים: juxta illud Deut. XXXII, 21. Et ego provocabo eos &c.

131. Codex Benedictinorum Florentiæ, Gregorij Papæ Dialogi Græce versi. In fine, ἔτους κωος. anno 6876. Annus est Christi 1368.

132. Regius 2416. Varia scripta de lumine Thaborio. In fine legitur: ἡ παροῦσα βίβλος ἐγράφη ἐν τῇ Μυσθρᾷ διὰ χειρὸς Μανουὴλ Τζυκανδύλη, κατὰ μῆνα Σεπτέμβριον, τῆς ὀγδόης ἰνδ. τῶ κωον. Annus est 6878. cœptus a Septembri anni vulgaris Christi 1369. cum Indictione octava. Manuel iste Τζυκανδύλης ipse est, qui scriptum a se dixit esse Codicem Regium alterum, de quo supra, n. 126. ante annos octo, quam hunc exararet.

133. Laurentianus, pluteo VIII. Joannis Cantacuzeni historia, scripta anno mundi 6878. (Christi 1370.) Indictione VIII. mensis Decembris die 7. vt num superiore.

134. Colbertinus 832. Herodoti libri novem. In fine legitur: ἡ παροῦσα βίβλος &c. Hic liber scriptus est in Athos, ἐν Ἄθῳ, διὰ χειρὸς ~~Ἰωάννου~~ ἐμοῦ τοῦ εὐτελοῦς Κωνσταντίνου ἱερέως καὶ χαρτοφύλακος Πισσῶν, ὑπηρετοῦντος ἐν τῷ βασιλικῷ κλήρῳ, ministrantis in Imperatorio clero, mense Julio, Indict. 10. anno 6880. Annus est Christi 1372. Efficiunt ea nomina propria hanc sententiam:

In Athos	Condemnans conteret
Constantinj	Christus
sacerdotis	sacerdotes

& Chartophylacis	& Scribas
Πίσσοης,	Hierosolymæ,
ὑπηρετοῦντος	ministrantes
ἐν τῷ βασιλικῷ κλήρῳ	in tribu Iuda.

In-Ascon una fida vox est ex עשה-ת-ויע. Χαρτοφύλαξ pro Scriba primitus; quippe cum chartarum & librorum scriniarius Scriba fuit. Πίσσα fictum oppidi nomen aut loci est, ex נכה: pro Hierosolyma, Quæ percussit, Quæ vulneravit; Christum scilicet. Βασιλικὸς κλῆρος, qui deinde sequitur, Regia tribus est, ac proinde tribus Iuda.

135. Regius 2918. Antiochi Pandectes. In fine legitur: ἐτελειώθη &c. Iunij die 7. Indict. XII. anno 6882. qui fuit Christi 1374.

136. Regius 2748. Cyrilli Lexicon. In fine scriptus dicitur pro domino Georgio Ταρτάζη, ab ἐντελῆ Θεοδώρῳ θύτῃ. Addibus postea:

Τὸ δὲ τέρμα ἔλαφεν μὲν Ἀπριλλίῳ
Τρὶς δισχιλίας ἑκατόντας ὀκτάς τε
Σὺν ὀγδοήκοντα· ἡ τῆ Ἀδαὶ ~~ὀκτὼ~~ ὀγδόη.

Finem habuit mense Aprili, ter bis milleno octingentesimo octogesimo. Adami octava. Hoc est, anno 1380. qui Christi fuit 1370. Sed vt versum vates expleret, addidit enigma de Iudæo. Nefas enim fuit impiæ cohortis scriptoribus, saltem peritioribus, alia fere suis scriptis enigmata inserere, quam vel de Christo, vel de Iudæo.

Adami	Iudæus
octava	legem abominatus:

Christi scilicet, hoc est, Evangelium. Adam hic derivatur ex דם-עדה: Qui removet gentes. Octava, ex חק-תעבה. Vbi animadvertere est, perspicuum

magis nihil fore esse, quam ab homine Latino, vel grege, si lubet, sed Græce perito, has omnes, sive plenisque, simul positus inscriptiones esse; quamvis aliquas aliis paulo posteriores: priusquam opem Græca in orbem hinc spargerentur, in primisque in Italiam. Denique additur, sed altera manu, inquit Montfalconius; crediderim verius eadem, sed quæ altera usa sit alphabeto. Μηνὶ Μαρτίῳ ἰν. ἐγχρονίας Χριστ, αὐτα, κυριακῇ δευτέρᾳ τῶν νηστειῶν &c. Mense Martio, die 18. ære Christi anno 1481. Dominica secunda jejuniorum, factus est terræ motus magnus hora undecima diei, qui ruinas multas attulit. Hominem Latinum, sed Græce peritum se prodit esse hujus Lexici scriptor: cum hic enim Christi Latinam ponit, Græca ab orbe condito derelicta; quam sinet, æque atque Indictionem, Græcis esse ignotam; idque universo orbi constare. Sed Græcus videri voluit, facta mentione terræ motus, cujus in orbe Latino nec ulla memoria esset, nec vestigium aliquod. Ex his anno ipsis 1481. conditum fuisse hoc Lexicon Cyrilli fatis. Nomina autem hæc quatuor in subscriptione sunt posita, ut probent hanc sententiam:

Georgius Tasthæus, Theodorus Θύτης	Christus irrisetur dividentibus se: errantes removebis justus sacerdotes Judæos.

Tasthæus, fictum nomen est ex תעה-תעתה-תע. Θύτης, sacerdos, sacrificus est.

137. Colbertinus 4532. Luciani opera. In fine legitur ἔτους ϛϡϟ. anno 6890. Indict. xi. ϛυδ'. ια', qui annus Christi fuit 1382. At anno eo fuit Indictio quinta, non undecima. Posterius ergo si condita Lu-

cianj opera pronuncies, non errabis.

138. Regius 2804. Theonis & aliorum opera. In fine legitur nota anni 6892. qui Christi fuit 1384. cetera sunt erasa, errore aliquo deprehenso.

139. Regius 3495. De Computo Ecclesiastico, & de rebus medicis & botanicis, &c. In fine legitur; ἐτε-λειώθη .... ἐν ἔτει ϛϡϟβ. ἰνδ. ξ΄. anno 6892. (qui fuit Christi 1384.) Indictione 7. Διὰ χειρὸς Ἰωάννου τοῦ Σταφίδα, qui etiam obtulit ναῷ τῷ Ξενῶνι, sancto Xenodochio.

Joannes	Christus affliget
Σταφίδας	Judeos
Ξενῶνι	Synagogæ.

Σταφίδας ficta vox est ex ⸗ת-ה-ש-ת-ף-ע-ד-ה: vt Judæum significet, qui declinare adhuc (a Christo) gaudet. Ξενῶνι pro se, sive Xenodochio pro Synagoga ponitur, quæ affligit afflictos se: derivato nomine Græco ex ⸗נ-ג-ע-נ-ג-ע-ו.

140. Regius 3239. Isaac Monachi, aliorumque Grammatica. Hesiodi Opera & Dies. In fine appo-nitur annus 6893. (qui fuit Christi 1385.) & scrip-tor Φωκᾶς dicitur; qui fortassis Gallice, le Veau: quia φώκη vitulus marinus est.

141. Codex Bibliothecæ Dominicanorum Florentiæ, Etymologicon Magni Grammatici, μεγάλου Γραμμα-τικοῦ. In fine legitur: ἐκοιμήθη ὁ διδάσκαλος ἡμῶν κυρὸς Βάρσαυις ἐν τῇ Ἐδέσσῃ: mense Junio, die 20. Indict. IX. anno 6894. (qui Christi fuit 1386.) Bar-sanis vel Barsanes, fictum nomen est ex ⸗נ-ג-ע-נ-ג-ע-י: vt Christum significet, qui eum con-teret, affliget.

142. Regius 2409. Horologium Græcorum. In fine legitur:

Οὗτος τὸ δῶρον, καὶ Ἰωάσαφ πόνος.

Anno 6898. Indict. XIII. mense Januario. Annus est Christi 1390.

143. Laurentianus, pluteo LX. Aristidis orationes, anno 6904. die 25. Augusti, Indict. IV. Annus est Christi 1396.

144. Laurentianus, pluteo LXX. Arriani, de Expeditione Alexandri, libri VII. & alia opuscula. Scriptus manu Andreæ sacerdotis (Οὗτος) Leantini Hagioprocopitæ, 10. Maii, sabbato, anno 6907. Indict. VII. Annus Christi hic fuit 1399.

Andreas	Ligantes se conteret
sacerdos	sacerdotes
Leantinus	Judæos
Hagioprocopita.	Christus.

Andreas hic derivatur ex ענד-רעה. ~~Leantinus~~ Οὗτος sacerdos Judæus est, ut n. 136. De Christiano sacerdote Οὗτος non dicitur: quamvis θυσία ἀναίμακτος, sacrificium incruentum, & θυσιαστήριον altare nuncupatur. Leantinus, fictum nomen est ~~apud~~ ficta regione, pro Judæo, qui dure ferens afflixit affligentes se: ענה-עונה-לאה, Hagioprocopites denique vox est, Græce nihil significans, sed ficta ut ex Hebræo חת-אף-ירק-זנה Christum significet, qui removentes se (Judæos, qui eum non receperunt) conterens adhuc conteret. Nam, ut sæpe diximus, super quem ceciderit lapis iste, ~~et~~ conteret eum, Matth. XXI, 44.

145. Laurentianus, pluteo LXIX. Plutarchj vitæ, scriptæ & absolutæ, die 25. Octobris, anno 6907 cepto a Septembrj anno vulgaris 1398. ab eodem Andrea Φύτῃ Leontino: hoc est, Christo.

146. Colbertinus, seculj XIV. inquit Montfalconius; argumentum libri non indicat: In fine habetur,

Θεῷ τὸ δῶρον, καὶ Γεωργίῳ πόνος.

147. Colbertinus 4926. Joannis Philoponj in Nicomachj Arithmeticam. In fine legitur: Anno 6890. (cepto a Septembrj anno vulgaris 1381.) natus est Georgius, mense Septembrj, feria τετάρτῃ 6. die 15. venerandæ & vivificæ Crucis. ἐν τῇ ἐκ. τῶν τιμίων καὶ ζωοποιῶν σταυρῶν. At eo anno dies 15. Septembris dies Dominica fuit, non feria sexta, litteræ Dominicalj F. Et festum sanctæ Crucis non die 15. sed 14. in ipso Græcorum Menologio est. Sequitur: Anno 6903. nata est Anna. Anno 6904. Indictione 4. obiit dilectissima soror mea Irene. Annus hic est Christi 1396. Anno 6901. accidit incendium Ecclesiæ nostræ, feria 6. hora quarta diej, & combustus est sanctus Joannes Calybites, & domus in qua habitabat Metropolites, cum omnibus ibi repertis; imperante impiissimo Amira Ἀμούρᾳ, cognomento Παϊαζίτης. Annus hic Christi fuit 1393.

Georgius } Christus
Anna } affliget
Irene } synagogam.

Irene pro synagoga est, ut supra, n. 67.

Joannes } Christus affliget
Calybites } perdere volens peccatores.

Calybites fit ex כלוב-תבת-חלם. Ædes S. Joannis Calybitæ Byzantij nulla fuit. Romæ ejus nomini dicata ædes sacra est, quia Romanus, non Græcus, fuit.

Sed quoniam scriptores illi, qui se Græcos mentiebantur esse, cum essent Latini, Græcum hunc sanctum facere, vel dubium, vellent; dem illi præfuere Byzantij; cujus cum nullum vspiam vestigium exstiterit, conflagrasse eam alij ex ijs tradere sub Leone magno Imperatore; vt Cedrenus & Zonaras; alij, vt qui huic codici adnotationem istam adjecit, post annos nongentos, hoc est, anno 1393. Quin etiam Georgius Cedrenus, vt se appellari voluit, & Menæa, de ejusdem sancti vita a Bollando edita, πλωχὸν mendicum eum vocant: Gallice dixeris, saint Jean le Gueux: quoniam hæc duo nomina Latina, ex Hebræo derivata, hanc præbent de Christo sententiam:

Joannes / mendicus } Christus affligens / ligantes se affliget:

Judæos scilicet, qui ligaverunt eum, Joan. xviii, 12. Mendicus ob id derivatur ex עני-עוד-מ. Vel hoc vno indicio de Cedreni historiam & Menæa ex orbe Latino prodiisse non immerito suspicabere. At Romæ Ecclesia est sancti Joannis Collabitæ, in ponte quatuor capitum; Collabitæ fortassis nuncupati, pro eo quod est, Cum domo in qua habitavit. Nam hanc in eadem sacrum fuisse mutuam Romani tredecim ex antiqua traditione sane non improbabili. Collabitæ mutavere fabulatores in Calybitas, vt Græcum eum facerent. Denique

Amira- / Pagiazites } occidentibus se præfectus / Christus

Amira, Ἀμηρᾶς; derivatur ex המר-חרה. Pagiazites pro Bajazete ex industria scribitur, vt deduci ex Hebræo possit, unde erui Bajazetes non potest. Est autem Παγιαζίτης ex פעה-הגה-חצה-את-ה: vt Christum significet, qui clamans removere dividentes se (Judæos) veniet.

148. Regius 1861. seculi XIV. inquit Mon-

falconius. Hippocratis vitæ & operæ. In fine legitur: ὦ Χριστὲ βοήθει μοι τῷ δούλῳ σου Ἀλεξίῳ τῷ Πυροπούλῳ.

Alexius } Christus
Pyropulus } clamantes conteret maledicens: Judæos, qui clamavere, Tolle, tolle, crucifige. De Alexii origine vide n. 96. Pyropulus fictum nomen est ex אש-חזק-עם.

149. Colbertinus 648. decimi quarti sæculi, inquit idem; sed argumentum libri non indicat. In fine habet: ἐγράφη χειρὶ Κοσμᾶ μοναχοῦ τοῦ Πανάρετου.

Cosmas } Christus
Monachus } Judæos
Panaretus } ~~prec~~ clamans provicientes se conteret.

Panaretus Πανάρετος fictum nomen est, in speciem quidem ex πᾶν & ἀρετή: sed ut derivetur ex Hebræo, כל-נאר-חת: & de Christo ~~pr~~ acciptatur.

150. Colbertinus 1522. S. Joannis Climaci Scala, XIV sæculi, inquit idem. In fine legitur alcera manu, forte conductitia, αὕτη ἡ ἱερὰ &c. Hæc sacra & divina Scala Joannis Climaci, est Monasterii sanctæ Ecclesiæ ἁγίας Ἐκκλησίας, sancti & deiferi Patris nostri Ecclesii. Si quis ex supradicto Templo. vacuum, hunc librum furatus fuerit, maledictus esto a sanctis & deiferis trecentis octodecim Patribus. Quomodo sancti CCCXVIII. ex quibus quinque vel sex permansisse Arianæ creduntur! Sed est ista quæstio alterius loci.

~~Joannes Climacus~~ ~~& Christum affligens~~
~~Climacus~~ ~~pendet conterens affligentes se.~~
~~Climacus~~ Scala Joannis Climaci } Lapidantes se Christus affliget Judæos.

Scala hic derivatur ex סלע. Climacus, fictum cognomen ex κλίμαξ, κλίμακος: ut derivatum ex Hebræo

עקה - הם - כלה : Judæum significet, Qui perdit occidens vel conterens affligentes se.

Monasterium	Synagogam
Ἐγκλείστρας	Judaïcam
sancti de deïferi P.N.	Christus
Inclusi.	ingemiscentem invidebit.

De voce Ἐγκλείστρας vide n. 42. De Inclusi, n. 78.

151. Colbertinus 1080. seculi XIV. ut idem ait. Vitæ sanctorum. In fine legitur; Ἰωάννης κένλπιαλ &c. Joannes vocor; Væ mihi de istud: (cur? nisi quia Joannes, ut diximus, in omnibus scriptis impiæ cohortis, Christus affligens est:) Vocor item sacerdos, ἱερεύς, nomine tantum, non unctione. Gallum se, sed Græce peritum, non hominem sub Græco cælo ~~natum~~ natum, Balsarinus probe; qui sibi nomen esse fatetur, Jean le Prestre; hoc est, Joannes sacerdos; & se tamen cognomine tantum sive sola appellatione, non etiam unctione, ut Latini sacerdotes, quibuscum degebat, sacerdotem esse. Folio 2. libri legitur, sed altera manu, (immo viriùs, atramento altero & alphabeto:) codicem hunc fuisse Joachim Hieromonachi, qui ipsum emerat in insula Principi prope Constantinopolim, ex vidua, aspris 520. anno 1531. mense Aprili. Posita subscriptio est ab aliquo veteris artis & studii perito, ad conciliandam codici fidem natalium in Græcia.

Joachim	Christus affliget occidentes se
Hieromonachus	sacerdotes Judæos.

Ubinamque vocis originem vide supra, n. 112.

152. Colbertinus n. 10. Interpretatio in Psalmos, seculi XIV. inquit idem. Subscriptio barbara nihil habet notabile, præter nomen Archipræpe, & sanctorum CCCXVIII. Patrum Nicænorum.

153. Baluzianus, seculi XIV. inquit idem. Nicetæ Choniatæ Panoplia dogmatica, quæ initio fuisse dicitur ejusdem

Theodori	Christus
Tautriotæ	Judæos Hierosolymitanos
Levitæ	subsannans conteret.

Scutariota, vt omnia ~~[illegible]~~ ciuium nomina, pro Hierosolymitano est. Leuita hic derivatur ex לוי.

§. 7.

Codices sæculi quinti decimi, in quibus est adjuncta anni adnotatio.

154. Codices duo Benedictinorum Florentiæ, Suidæ Lexicon. In fine legitur, ἐτελειώθη &c. Completus est hic liber, siue Suidas, ἢ Σοῦδα, διὰ χειρὸς ἐμοῦ Γεωργίου τοῦ Βαϊοφόρου, anno 6910. Indict. 10. die 15. Iunij. Annus hic est Christi 1402.

Suidas } Clamans removebit
Georgius } Christus
~~Iudæos~~
Βαϊοφόρος } Iudæos.

Suidas fictum nomen est ex שוד. Βαϊοφόρος, ficta vox est ex Græco ~~βαΐον~~ βάϊον & φόρος: vt Iudæum significet, Qui palmas gerit, in signum lætitiæ, vt Ioan. XII, 3. Acceperunt ramos palmarum &c.

155. Regius 2599. Aristoteles, De Anima. In fine legitur: ἐγράφη ἐν Μεδιολάνῳ τῇ Λιγυστικῇ, ἐν τῷ ποταμῷ τοῦ ἀὴρ Ἀμβροσίου: & completus est anno Incarnationis Dominicæ 1402. Quis huic homini persuasit esse Mediolanum in Liguria? Est nona Italiæ regio Liguria: Transpadana, in qua Mediolanum est, vndecima.

156. Regius 3526. Eustathij de Ismenia & Ismenes amoribus; hoc est, Iudaïsmi & Iudaïcæ synagogæ. Est enim & Ismenias & Ismene ex eadem origine: ישן-משי: Qui vel Quæ conteret afflictiones &c. In fine legitur, ἐν ἔτει ~~[illegible]~~ ϛ ϡι. 6910. qui Christi fuit 1402. Sed codex videtur sæculi decimi tertij, inquit Montfalconius. Ita falluntur sæpissime, qui de codicum ætate ex characteris forma pronunciant. At hic librarius, ~~non~~ homo candidus, ~~non~~ vetuit formæ vsus.

DE ÆTATE

157. Regius 2474. Menæa Græcorum. In fine habet: ἐγένετο τὸ τέλος &c. die 27. Decembris, Indict. 15. anno ϛ ϡιϛ. 6913. cœpto a Septembri anno vulgaris 1404. Χεὶ θύτ᾽ Ἀνδρίᾳ καὶ ταβουλλαρίᾳ ἁμαρτωλῷ.

Θύτ᾽	Sacerdotes Judæos
Ἀνδρίᾳ	Christus
Tabullarius	abominabiliter maledicens inimicis
peccatori	Judæis.

Tabullarius, fictus vox est ex Hebræo, עוֹבֵט־תָּבֵל־בַּעַל: Nam quia derivanda ex Hebræo est, pro duro litteram l geminatur: id quod Hebræi ~~[illegible]~~ vocant daghessare

158. Laurentianus, Dionysius Areopagita, De divinis nominibus, scriptus anno mundi 1410. manu Georgij Pappadopuli. fictum cognomen, partim ex Græco τάπης, τάπητος, sacerdos: partim ex Hebræo, תַּבֵּל־בַּעַל.

~~Christus~~ Georgius Pappadopulus	Christus Sacerdotibus (Judæis) adhuc maledicat.

159. Laurentianus, Erotemata, sive Quæstiones Grammaticæ. Absolutus die 23. Decembris, anno 6823. cœpto a Septembri anno vulgaris 1414. Indict. XIII. feria 2. At erat tunc Indictio octava tantum, a Septembri pariter cœpta.

160. Codex Benedictinorum Florentiæ. Polybij Historiarum libri V. Sub initium hæc leguntur: Ἀντώνιος ὁ Ἀθηναῖος, ὁ καὶ λεγόμενος Λοζοθέτης, hunc librum meum accepi, atque ipsi simile exemplar descripsi, anno ab orto Christi 1435. Scriptum in urbe Σιένα.

Ἀντώνιος	Christus
Ἀθηναῖος	Judæos Hierosolymitanos
Λοζοθέτης	derident se conterens conteret.

Λοζοθέτης, fictum nomen est, quod æque Græcæ ori-

ginis esse videretur, ac νομοθέτης. A scriptoribus deinde medij atque infimj, vt vocant, aevj vsurpata est, sed varia & instabilj significatione. Vnde in Glossis Philoxenj, Λογοθέτης est Ratiocinator, Discussor, Disputator. At inventa est primo, vt derivata ex Hebræo — ספר-סכה-חשב: Christo, vt diximus, conveniret: Qui videntes se conterens conteret. Nam videbant eum principes &c. Luc. xxiii, 35. In fine hæc habentur: ἐτελειώθη .... χειρὶ Στεφάνου ἱερομονάχου καὶ σκευοφύλακος τῆς τιμίας Προδρόμου τῆς ἐνλογημένης Πέτρας: die 2. Octobris, Ind. 10. anno 6925. qui Christj annus est 1417. ~~Accepimus ejus exceptus~~ jam coeptus a Septembrj anni vulgaris 1416.

Stephanus	Christus
Hieromonachus	sacerdotes Judæos
& custos vasorum	& Levitas
Præcursoris	Judaïsmj
Petræ	clamans conteret.

Stephanus hic derivatur ex כתר-חנן: vt Christum significet, Qui inundabit (malis) affligentes se. Custodes vasorum sacrorum fuisse Levitas, ex Levitico præsertim constat. Hinc ficta vox & Dignitas Σκευοφυλάκων apud Græcos Scriptores. Præcursor ponitur pro Judaïsmo sive lege Judaïca, quæ Christo præivit. Nam finis legis Christus, Rom. x, 4. Petra denique hic derivatur ex ~~πετρα~~ פתר-סכה.

161. Regius 3357. Epistolæ Euripidis, Hippocratis, Diogenis Cynici, &c. Folio 136. verso, hanc habet subnotationem: ἐτελειώθη &c. Completus est die 1. Septembris, Ind. xiv. anno 6928 (qui fuit Christj 1420.) (ἀπὸ) Διακόνου Γεωργίου Χρυσοκόκκη. Hic Indictio a prima die Septembris recte inchoatur: sed annum mundj male a Januario inchoat. Nam si a Septembrj, vt cæterj habemus omnes, inchoaret, Indictio tantum decima tertia scribj deberet. Nomina autem hanc habent sententiam:

Diaconus } Iudeos
Georgius } Christus
Chrysococca } clamans subsannabit affligentes se.

Chrysococcæa, situm cognomen est קרא-שחק-עקה. Qui habitat in cœlis, irridebit eos, & Dominus subsannabit eos.

162. Laurentianus, pluteo LXXXV. Platonis dialogi XX. Scriptus anno 6929. Indict. 14. qui annus Christi 1421.

163. Laurentianus, pluteo LV. Lexicon Suidæ, manu Patrj Cretensis ex civitate Rhetemne, (pro Rhitymno, in civitate Mantica, anno 6930. (qui fuit Christi, 1422.) die sabbati, 7. Junij. At eo annò dies 7. Junij Dominica fuit; littera Dominicalis D. Ignota interim hominj Græco Cretensi Indictio fuit.

164. Regius 2908. Andreæ Cæsariensis in Apocalypsin. In fine scribitur, Ἔτους ςτλα. Ὀκτωβρίῳ θ. Μιχαὴλ Οὗτος Καλοφρενὰ πόνος. Annus ille 6931. cœpit a septembri anni vulgaris 1422.

Μιχαὴλ } Christus
Οὗτος } fuerdotes Judeos
Καλοφρενά. } contemnentes se vlciscens affliget.

Καλοφρενὰ situm cognomen est, primum quidem ex καλὸς & φρὴν φρενὸς; sed vt derivetur ex Hebræo קלה-ו-ירע-ענה. Post [illegible] cognomen titulos dignitatis mos est apponi. Sed aliter hic collocari Οὗτος a falsario cœgit arcana sententia.

165. Regius 2495. Triodium. In fine scribitur, Ἀρχὴ καὶ τέλος τῆς αὐτῆς χειρὸς πόνος. Initium & finis ejusdem manus labor. Annus 6934. qui fuit Christi 1426.

166. Laurentianus, pluteo LXX. Diodori Siculi Bibliotheca Historica libri V. Absolutus die 12. Febr. Indict. VIII. anno 6935. (qui est Christi 1427.) manu Georgij Diaconi Chrysococcæ: (ejus qui scripsit Regium codicem, supra, n. 161.) sumptibus Christophori Garathonis, Constantinopoli. At erat eo anno Indictio quinta tantum; nec Constanti-

nopoli vnquam in vſu.

Chriſtophori } Chriſtus adhuc impius
Garathonis } inexpians conteret affligentes ſe
Conſtantinopoli } Hieroſolymitanos.

Chriſtophorus hic derivatur partim ex Græco Χριστὸς, partim ex Hebræo חרה-משׁיח. Garathonis ſiſtrum cognomen eſt ex גנב-חטא-גרש. Conſtantinopoli, vt cetera civitatum nomina pro Hieroſolyma ponitur.

167. Colbertinus 4417. Pindarus cum gloſſis, & Cato. In fine legitur, Octobris 3. Indict. 5. anno 6935. qui cœpit a Septembri anni vulgaris 1426.

168. Cæſareus apud Lambecium, libro VII. pag. 105. Ariſtotelis Ethica. In fine legitur; Ἐγὼ Ἀσείας τῦ Φερδινάνδος ὁ γράψας ταῦτα ἔγραψα, 1427. Luſit iſte quoque Hebraïce, more ac lege cæterorum.

Ἀσείας } Intus Chriſtus
Φερδίνανδος } dividens affliget ligantes ſe;

Judæos, qui eum ligaverunt Joan. XVIII, 12. Hos enim in ſupremo judicio Chriſtus dividet, vt ſæpe diximus. Aſias propterea derivatur ex אסר-חרה. Ferdinandus, ex גנב-נגע-דרך.

169. Regius 3261.2. Grammatica. In fine legitur, τελειωθὲν dec. 12. April. Indict. 6. anno 6936. qui fuit Chriſti 1428.

170. Regius 3259. Phrynichi, & aliorum. In fine legitur, Menſe Decembri, Indict. 6. anno 6936. cœpto a Septembri anni vulgaris 1427. Et alibi: τῦτο τὸ βιβλίον εἶναι τῦ Κωνσταντίνου τῦ Ἀτραπᾶ, εἰς τὴν Χίον, εἰς τὸ λατινικὸν ἔτος αυξ. Hic liber eſt Conſtantini Atrapæ, in inſula Chio, anno ſalutis Latino 1460. Annum Latino more Græcus homo non ſcriberet, cum Latinos Græci ſemper oderint; nec ſi receptus mos apud Græcos aliquando fuiſſet annos ſignandi ab orbe

condito, numquam hunc morem, præsertim vero sæculo decimoquinto deseruerent, vt Latinum amplecterentur; qui vnus in monumentis eorum sinceris apparet.

Constantinus } Christus
Atrape } confodiet operientes se,

Iudeos, qui velaverunt eum, Luc. XXII, 64. Atrape finem cognomen est ex חתר-חפה.

171. Laurentianus, plutei LXIX. Vitæ Plutarchi. Scriptus Mantuæ, Maij 2. feria 4. Indict. 8. anno 6937 Christi 1429. Hic est scriptum in Codice. Sed, vt recte Montfalconius admonet, hi annus mundi sit 6939. annus Christi fuit 1431. Verum de Indictio falsa: siquidem anno 1429. septima; anno 1431. nona fuit. Dies 2. Maij non potuit esse feria quarta, nisi anno 1431. litteræ Dominicali G. Addit deinde, Manuel Gerundi ex antiquis patribus, hoc est, Iudæi, ex patriarchis. Non tamen librarius ipse reipsa aut Gerundus aut Iudæus fuit: neque enim Iudaïcum nomen Gerundus est: sed vtroque nomine voluit Christum intelligi,

Gerundus } qui insurgens terrebit
Iudæus } Iudæos.

Gerundus hic derivatur ex ירד-יעד.

172. Cæsareus apud Lambecium, libro VII. pag. 244. Miscellanea Astronomica. Ibi legitur: τέλος οὖν Θεῷ τῷ Πασχαλίῳ, ϛ ἤλιξ. ἰνδ. ξ. Μαΐῳ λά, ἐτελειώθη παρ' ἐμοῦ Ἰωάννου Καλοσιδᾶ. Et fol. vlt. τῷ ἁμαρτωλῷ ἐγὼ Παχωμίῳ τῷ Ἀλβανίτῃ τὸ παρὸν βιβλάριον. Hic liber est peccatoris Pachomij Albanitæ. Πασχάλιον hic laudatum, ipsum est Chronicon Paschale, editum a Viro Cl. D. Ducange; ab auctore ipsius Cæsarei Codicis Πασχάλιον

absolute nuncupatum; ficto nomine, quod ex Hebræo יהוה-אשר-עשה derivatum, Judaïsmum Judæumve significaret; Qui clamans (Tolle, tolle, crucifige:) occidit Christum Deum. Nam alioqui quid est Πασχάλιον? An Paschale dici potuit opus, quod ipsa perenplum sit Chronicon, absque condito vsque ad vicesimum annum Heraclij, in quo nihil de Paschate extra præfationem sit?

Ioannes } Christus affligens.
Καλοεδδᾶς } Spernentes se removebit.

Καλοεδδᾶς fictum nomen est ex יהוה-יגה-קלה.

Peccator } Judæis
Pachomius } Christus
Albanites } maledicet, cum affligere veniet

Pachomius, hic Christus est: Qui clamans (Discedite a me maledicti:) affliget occidentes seu derivato ob π finitij nomine ex יהוה-עקה-הרס. Albanites, Ἀλβανίτης, ex industria scripsit artifex, pro Ἀλβανός, vt derivari posset ex Hebræo, אלה-ב-ענה-חת.

173. Laurentianus, Euripides, scriptus manu Ἰωάννου τοῦ ταπεινοῦ ἀναγνώστου: Joannis humilis lectoris: Julij die 5. anno 6939. qui fuit Christi 1431.

Joannes } Christus afflget
lector } legisperitos Judæos.

Ex hoc indicio, multisque similibus, intelligere est, hominem Latinum fuisse, qui hæc ænigmata condiderit, ab deinde jusserit Græce verti.

174. Colbertinus 912. Opera S. Ephrem, egregiæ notæ, seculi decimi, inquit Montfaucon. In fine adjectum ait folium recentiore manu ex alio libro decerptum, vbi legitur sequens adnotatio. Ἐγράφη &c. Scriptus est hic liber & pretiosis animæ liber

ἐν τῇ μονῇ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου τῆ Στύλῃ, ἡγοῦν τῆ ἁγίᾳ Παύλῃ τῆ Λατρεῦς, διὰ χειρὸς Μιχαήλ, anno 6943. (qui Christi fuit 1435.) 2. Novembris, ἰνδ. β. Indict. 2. At eo anno fuit Indictio XIII. a Septembri anni 1434.

Monasterium
Θεοτόκου
τῆ Στύλῃ.
τῆ Παύλῃ ἁγίᾳ
Παύλου
τῆ Λατρεῦς.
Μιχαήλ.

Synagogam
errantem conterens afflget
Christus.
Remaventibus se
clamans maledicet:
Operientes se conteret
Christus.

Στύλη fida vox est ex עמד-תך: vt Christum significet, qui maledicet. Ἁγίᾳ derivatur ex קדש, Παύλῃ, ex שלח-עפר: vt jam diximus. Λατρεῦς, fida vox indeclinabilis ex עבד-שלח. Michaël denique additum nomen ad sententiam complendam, Christus est.

175. Laurentianus, pluteo LXIX. Polybij Historiarum libri, scripti manu Antonij Athenienſis, (vt codex qui supra, n. 160.) anno a Christi ortu 1435. Senis in Etruria.

176. Regius 2541. Arriani opera. Ἐπληρώθη mense Augusto, Indict. 2. anno 6946. qui Christi fuit 1438.

177. Regius 2305. Gregorij Naz. orationes: Hanc habet adnotationem: αυμγ. 1443. Maij. 28. Indict. 6. feria 3.

178. Regius 2443. Manuel Caleca, De substantia. In fine legitur, Septembris 1. Ind. 6. anno 6951. qui Christi 1443. incipiens a Septembri 1442.

179. Laurentianus, pluteo LXXXI. Aristotelis magna Moralia. In fine legitur: Hos scripsit Philelpho Demetrius Sguropulus, Mediolani, anno Christi

1444. prima Julij. Junita tenia hæc nomina, vt hanc præbeant sententiam:

Philelphus	Segregans conteret
Demetrius	Christus
Sguropulus	Judæos.

Philelphus derivatur ex פלח - הלך. Demetrius, vt n. 37. & alibi. Segregabit Christus, cum segregabit gentes ab invicem, sicut pastor segregat oves ab hædis, Matth. xxv, 42. Sguropulus fictum nomen est ex צרר - חק - יצר - ע. vt Judæum significet, Qui increpans innocenti maledixit; Christo vtique in cruce pendenti: Vah qui destruis templum Dei, &c. Matth. xxvii, 40. Montfalconius ait forte legendum Syropulus: Sed nihil mutandum: cum a Salvario Hebræe ludente aliud alibi scribatur, magno sententiæ discrimine. Est enim Syropulus [illegible], Qui primum [illegible] hæc maledixit Deo, [illegible] a me maledictis. [illegible] ficto nomine ex צרר - חק - יצר - ע.

180. Laurentianus, pluteo xxviii. Aristotelis Mechanica: scriptus Mediolani, anno 1445.

181. Cæsareus, apud Lambecium, libro iv. pag. 84 Chrysostomi in Paulum. In fine habet: τῇ τῦ Θυ χαριτι ἐτέλεσα ὁμῶ πανταλήμων Νεῖλος ἱερομόναχος τήνδε τὴν βίβλον, κατὰ τὸ ἔτος ϛ ϡ λ ν. Dei gratia perfecit miserrimus Nilus Hieromonachus hunc librum anno 6933. qui Christi fuit 1445.

Miserrimus	Dividentes se invicem conteret
Nilus	Christus
Hieromonachus	sacerdotes Judæos.

Miserrimus, siquidem Latine dictum accipitur, hoc loco prorsus alienum est, & putidam olet affectationem animi de se demissi sentientis: Sed idem egregie facit ad sententiam allatam, cum derivatur ex Hebræo כת - חצ - חרה - הם.

primum scriptam hanc adnotationem esse, confectosque Latine primum Chrysostomi nomine Commentarios in Paulum. Dividunt & solvunt Christum Iudæi, ut jam sæpe diximus.

182. Laurentianus, pluteo XXVIII. Ptolemæi Geographia. Florentiæ, manu Demetrii, anno 1445.

183. Regius 2957. Georgii Scholarii & aliorum opera. In fine legitur: ἐτελειώθη ... διὰ χειρὸς ἐμοῦ μεγάλου ἐκκλησιάρχου Διακόνου Σιλβέστρου τοῦ Συροπύλου, ἐν ἔτει ϛψνϛ. mense Septembri, Indict. XI. Annus hic Christi fuit ~~primo die Sept.~~ 1447. a prima die Septembris ♄ anni illius.

Μεγάλου	Renovellus maledictus
ἐκκλησιάρχου	Synagogæ principibus,
Διακόνου	qui affligit afflictores se
Σιλβέστρου	~~Christum~~ Bethleemita
Συροπύλου	~~Iudæos~~ Christus.

Μεγάλου hic derivatur ex חגי-חגיגי. ἐκκλησιάρχης est Synagogæ princeps: ex quo deinde nomine factæ sunt, Græcarum rerum recentes Scriptores Ecclesiasticæ dignitates, ἐκκλησιάρχου, & μεγάλου ἐκκλησιάρχου: quorum est apud eosdem satis inepta officium. Silvester pro Christo ponitur, qui natus est in Bethlehem, sive in Ephrata, in campis silvæ. Synopsij nomen unde fictum sit, proxime dicimus, n. 179. In codice Coisliniano 101. apud ~~Mont~~ de Mont-

184. Regius 2558. Pachymeræ & Zonaræ historiæ. In fine legitur,

Ὁ Χριστὸς αὐτός ἐστιν ἀρχὴ καὶ τέλος.

Anno 6956. qui fuit Christi 1448.

185. Regius 2275. Origenis in Iob. ~~&~~ & Chrysostomi quædam. In fine legitur: ἐγράφη &c. scriptus celsissimi, gloriosissimi, & celebratissimi ἀνθέντου. Ὀρλάντου δὲ Τόκιο. ~~Christus est~~

Orlantus de Toxo	~~qui~~ Insectatur afflictoribus se ~~Iudæis~~ Christus.

* fauet, pag. 173. festo Pur- ~~natalitio~~ ~~Christi~~ anno 1448 ~~1449~~ manu Χριστοῦ Σιλβέστρου τοῦ ~~Συροπύλου~~, ~~in Epiphaniam~~ Christum Bethleemitam & nunc per ~~ὃ~~ Ἰδίους, nunc per ν. At in codice Regio n. 2557. διὰ χειρὸς ἐμοῦ ~~μεγάλου~~ ἐκκλησιάρχου Σιλβέστρου τοῦ Συροπύλου Venemagnus Ecclesiæ principis Christum Bethleemitam

Orlantus fictum nomen est ex אורה-ח-עונה: vt Christum significet, Qui insurget afflictionibus se. De-Tuco derivatur ex ו-עקה-תוך-ו: vt Christum pariter designet, Qui conteret afflictiones se. Nam super quem ceciderit lapis iste, conteret eum, Matth. XXI, 44. vt jamdudum diximus in Censura Gallica Vitæ ~~et Operum ipsius sunt~~ Thomæ Aquinatis, & Operum quæ sunt ej adscripta. Scipio Ammiratus, parte 2. delle famiglie nobili Napolitane, pag. 209. gentem describit de' Tocci: sed in his nullum habet ~~Orlan~~ Orlantum: nomina sunt omnia vulgata, Petri, Jacobi, & similia. Ab anno 1441. ad 1456. unum celebrat Jacobum. Sequitur in hoc codice,

Ἄνδρες ξένοι Χριστὸν ἰδεῖν παρείδα &c.

cum versibus aliis tribus, quorum duo priores ipsi sunt, quos retulimus n. 117. sed paululum mutati. Deinde:

Βασίλειος ἱερεὺς ὁ γράψας τὸν δίλογον τοῦτον. Anno 6956. Indict. XI. qui annus Christi fuit 1448. Non ausus est artifex mensam addere.

Βασίλειος } Christus
ἱερεύς } insurget:

cum dictum est Judæis, Discedite a me maledicti. Ἱερεὺς hic derivatur ex הרה-ך.

186. Laurentianus, pluteo LIX. Crotonata Grammatica, scripta manu Papæ Georgii, magistri Nicolai primi lectoris, mensis Aprilis die 4. anno mundi 6957. quæ fuit Christi 1442. (corrige 1449.) Indict. XII.

Papa } Summus Pontifex
Georgius } Christus
magistri } removentibus se abscondet se:
Nicolai } persequentibus se maledicet
primas } Judæorum
lector. } legisperitis.

Magistri hic derivatur ex מרה-הגה-כי. primus, ex ראש-ערץ: vt Judæum significet, Qui vulnerans confringit, sive occidit. Lector legisperitus est, vt n. 26. & alibi passim.

187. Laurentianus, Manuelis Moschopuli Collectio nominum Atticorum, 8. Septembris, anno 6957 cœpto die 1. Septembris, annj vulgaris annj 1448. Non est ausus Salsarius Indictionem adnotare. Fictum ipsum est Moschopuli nomen, vt significet,

Manuel } Affligentibus se maledicet
Moschopulus } christus.

Moschopulus fit ex מכא-שחי-משך: vt Christum designet, Qui — opprimentibus se maledicet.

188. Cæsareus, apud Lambecium, libro v. pag. 268. Menæum Græcorum, anno 6958. qui fuit Christi 1450.

189. Laurentianus, pluteo XXXII. Homeri Ilias, manu Joannis Thessali Scutariotæ: Florentiæ, anno 1452. Quomodo potest ~~Joan~~ esse Thessalus idem & Scutariotes?

Joannes } Christus affliget
Thessalus } Judæos
Scutariota } Hierosolymitanos.

Nomina, vt diximus, ~~omnia~~ provinciarum omnia pro Judæa pronuntur: civitatum, pro Hierosolyma.

190. Qui deinceps appellantur codices manuscripti, exarati ij sunt post captam a Turcis Constantinopolim. Ex quibus paucos proferemus, anno quo scripti dicuntur addito. Prope innumeros scripsisse dicitur Joannes Rhosus, qui in variis extant Bibliothecis, Regia, Cæsarea, Laurentiana, Colbertina, Baluziana. In his ita fere nomen suum exhibet: Διὰ χειρὸς ἐμοῦ Ἰωάννου ἱερέως Ῥώσου τοῦ ἐκ Κρήτης.

Joannes } Christus affliget
sacerdos } sacerdotes Judæos:
Rhosus } conteret dividentes se
Cretensis } Judæos.

Rhosus fictum nomen est ex רעה-חצה. Ex illis codicibus, quos ille scripsisse se dicit, præcipui sunt qui sequuntur:

Aristotelis Politica, anno 1492
Aristotelis opera, 1457.
Athenagoras de Resurrectione, 1482.
Stephanus de Vrbibus, 1482.
Eusebius Pamphili adversus Hierocl., 1491.
Plutarchi Moralia.
Joannes Stobæus, & alii, 1493.
Zosimi historia, 1490.
Alexander Aphrodisæus, & alii, 1491.
Aristotelis Ethica ad Nicomachum, 1476.
Simplicius in Aristotelem, in Bibl. Colbert.

191. Michaël Apostoles, vel Apostolius, post captam Constantinopolim, codices multos scripsit, fere absque ulla adnotatione. Est in Bibliotheca Ducis Mutinensis, Diodorus Siculus; in cujus fine legitur, Μιχαὴλος Ἀποστόλης ὁ Βυζάντιος, μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς πατρίδος πτωχὸς καὶ τὴν δε βίβλον μισθῷ ἐν Κρήτῃ ἐξέγραψεν. Fictum id nomen est ab his, qui Christi ultoris injuriarum sicarem mentionem aliquam vellent apparere in libris sua setate novissimis, eque atque in prioribus: Homines ii Latini fuere, sed Græce periti, non tamen Græci sermonis vulgaris: Quæ causa est quamobrem in his libris nemo eo vulgari idiomate adnotationem subscribat.

Μιχαὴλος } Christus
Ἀποστόλης } adhuc dividentibus se maledicet
Βυζάντιος } Hierosolymitanis
ἐν Κρήτῃ } Judæis.

Ἀποστόλης derivatur ex שלח-אבד-חרמה. Cetera ex antedictis sunt plana. Absque hoc ænigmatico sensu vetera Cretæ mentio supervacua est; nisi forte ad fallendos legentes, de loco natali hujus Codicis.

Aristotelis Physica est in Bibliotheca Colbertina, ejusdem Apostolii manu.

Dionysius Halicarnassæus, manu Cæsaris Strateggi, eodem tempore.

Boëtius Græce versus a Maximo Planude, scriptus a Michaële Suliardo, anno 6983. Indict. 2. Dominica die, Augusti 15. Erat hic annus Christi ~~1483~~. 1475. sed Indictio octava; & dies XV. Augusti, non Dominica, sed feria tertia fuit.

Sibyllina oracula, cod. Reg. 2295. anno mundi eodem, 22. Septembris, Indict. octava. Erat hic annus Christi 1474. post diem 1. Septembris.

192. Regius codex 2290. extra ordinem a Montfaconio laudatus, pag. 277. complectens libros Chrysostomi de Sacerdotio, & alia S. Basilij: hanc habet subnotationem: ἐπληρώθη σὺν Θεῷ τὰ εἰς τὸν Ἰουλίαν παρ' ἐμοῦ Βασιλείου, μηνὶ Μαΐῳ, &c. mensis Maij die 3. feria 3. Indict. XV. anno a creatione mundi ϛϡν. 6450. qui Christi fuit 942. Ut sæculo illo decimo, & anno eo qui adnotatur, scriptum fuisse codicem hunc fateatur Montfaconius, profert argumentum petitum ex litteræ Græcæ Θ quæ sit semper effingitur, ~~quotiescumque~~ ~~ponitur~~ numquam per Θ. & tamen, ait, hoc ipso vertente sæculo per Θ scribitur: At a quibusdam Calligraphis, præsertim diligentioribus, in fine sæculi decimi, immo etiam undecimo & duodecimo sæculo illa solum figura Θ adhibetur. O futile certe judicium vehultatis! perinde quasi quidquam interfit, utra hujus litteræ forma adhibeatur: cum utramque promiscue illis ipsis priscis temporibus usurpatam fuisse ipse fateatur. Huic Regio Codici simillimum testatur deinde sibi visum esse in hoc nostro Collegio Parisiensi, hoc est, ejusdem argumenti, cum eadem adnotatione temporis, ut est profecto: sed quoniam alterius formæ scriptura est, non ex alphabeto atque atramento eo, quod sæculo decimo repræsentando artifices destinarant; apographum dicit illud esse, in Occidente descriptum, ad summum in fine sæculi decimi quinti: sed oblitum esse Calligraphum, quod ceteri

omnes obſervant, notam illius temporis & aevi recentioris adjicere, quo primigenium exemplar exſcriberet. Hoc eſt dicere, oblitum eſſe hunc ſallere, more ſodalium ſuorum. Nam eſt reipſa noſtrum illud bombycinum exemplar in chartis bombycinis, aeque ac Regium, quod eſt membranaceum, ſeculi decimi quarti; in finem ſeculi: quo ipſo ſeculo confecta ſunt Acta Concilii ſecundi Nicaeni; in quibus primum Baſilii liber in Iſaiam laudatur.

193. Codex Regius 3424. Quatuor Evangelia. Primum folium Evangelii ſecundum Matthaeum altera manu duodecimi ſeculi, inquit Montfalconius, ſupplectum eſt: eademque manu ſeptimum folium, alterius primae manus, quod perierat, eſt ſubſtitutum. Ante Evangelium Lucae, in paginis quae vacuae erant, ſcribitur recentiore manu Canon Paſchalis ab anno mundi 6770. ad annum 6712. hoc eſt, ab anno Chriſti 1162. ad 1204. Unde hunc Canonem ſcriptum eſſe Montfalconius colligit anno 1162. In fine, altera manu legitur; ἐζεκάην Νικηφόρου βασιλεύοντος, ἰνδ. ζ. Scriptum Nicephoro regnante, Indictione ſeptima. Subjicitur huic adnotationi Graecae Latina haec altera, decimi quinti, inquit Montfalconius, ut videtur, ſeculi: Regnavit hic Nicephorus anno Domini octingenteſimo, tempore Caroli Magni. Obſervat idem deinde Nicephorum Indictionem ſeptimam nullam vidiſſe: itaque id de Nicephoro Phoca dictum interpretatur, qui anno 961. imperium inivſſe fertur, ab Indictione IV. ad XIII. Et hanc quidem aetatem praeferre dicit formam chamacteris; ad tempora autem Caroli Magni non poſſe referri. At nos ſeculi decimi quarti totum opus eſſe cenſemus; tum reliqua folia, quae eſſent aliquo deformata vitio, vel ſorde inquinata, vel errore mendoſa; & alia ſubſtituta: neque manuum, neque atramentum, aut chamacteris formam ſeculi differentiam in priſcis illis monumentis eccleſiaſticis

arguere: ex falsa historia, quæ seculo tantum XIII, vt citissime, est designata, fictum illum vtrumque Nicephorum βασιλέα Byzantinum esse: Indictionis vsum in Græcia nullum fuisse, &c.

194. Chartam bombycinam jam a decimo seculo in vsu fuisse censet Montfalconius, pag. 278. cujus rei fidem facit, inquit, codex Regius 2436. decimo seculo, vt ex charactere liquidum videtur, examinato. Est Catena in Canticum Canticorum, manu Latina, Græce scripta, ex variis scriptorum excerptis, quorum integra opera non ante seculum quartum decimum prodiere.

195. Monachi Basilianj, inquit pag. 17. in Sicilia, ad retinendam possessionem prædij, de quo lis ipsis movebatur, protulere instrumentum annorum fere sexcentorum, in charta bombycina scriptum. Reclamavit pars adversa, quæ chartam bombycinam, le papier de coton, negabat esse tantæ vetustatis. Montfalconius contendit vetustiorem esse; & jam a nono seculo, decimo, vndecimoque, in vsu fuisse, ex notis annorum, quæ cum Calligraphorum nominibus in codicibus manuscriptis subscripta leguntur.

Vir eruditissimus Du-Cangius, in Glossario Græco βόμβυξ & βάμβαξ non aliter quam gossipium vocat: Et in falsa etiam Rogerij regis Siciliæ charta, ex Græco Latina facta, charta βομβυκίνη, cottanea appellatur, de coton. Thomas Dempsterus in Glossas Institutionum Justinianj, libro 2. tit. 1. §. 33. Bombicæ chartæ, inquit, paulo ante ætatem Accursij excogitatæ sunt. Accursium claruisse ponit Trithemius circa annum 1240. Ne vero tam recens esse credatur charta bombycina, quoniam inde evinceretur falsitas haud paucorum diplomatum, aliorumve instrumentorum; fingit pag. 18. Montfalconius, Dempstero

Bombycinam chartam appellari eam, quæ fit ex pannis detritis, vulgo prisco nomine Du Papier: id quod nemo prudens crediderit. Ad abstinendam vetustatem chartæ Bombycinæ profert idem chartam Siculam proxime appellatam: Typicon Irenes, de quo agemus n. 198. Codicem Regium 2889. de quo diximus n. 32. aliaque, quorum vetustatem ex sola chartæ forma, qua nihil fallacius aut incertius, colligit. Certum itaque nobis est, inquit, pag. 19. jam decimo sæculo in charta bombycina scriptitatum fuisse, sæculo tamen decimo, undecimo, & duodecimo NONITA MULTI CODICES in bombycina charta scripti deprehenduntur. Sed maxima pars membranacei sunt. Argumento certissimo, inquam ego, novitatis chartæ bombycinæ: alioquin cur tam infrequens per annos ipsos trecentos usus fuit? Decimo tertio autem, decimo quarto, de sequentibus obtinuit usus scribendi in charta bombycina: ita ut ejus ætatis plures bombycini, quam membranacei libri occurrant. Ipsa charta bombycina, haud pauco post Divi Ludovici tempora inventa est, & usu recepta. Et fallaris autem sæculi XIV. & quinti decimi, incauti (ut fit) nonnulli in suis monumentis notam consignavere priorem temporum; dum alii cautiores, nonnisi in scriptis, quæ credi vellent esse sæculi decimi quarti vetera charta bombycina.

In charta autem, quæ fit ex pannis detritis, certum est nullum reperiri scriptum codicem ante sæculum fere decimum quintum. Namquod Petrus Venerabilis dixit, in Tractatu contra Judæos, pag. 1069. & 1070. Bibliotheca Cluniac. Legit, inquit Judæus, Deus in cælo librum Talmuth. Sed cujusmodi librum? Si talem, quales quotidie in usu legendi habemus, utique ex pellibus arietum, hircorum, vel vitulorum, sive ex bibis vel junciis orientalium paludum, aut ex rasuris VETERVM PANNORVM,

seu ex qualibet alia forte viliore materia compactus &c. id, inquam, etatem prodit falso cognominati Petri Venerabilis; seculum scilicet vel quartumdecimum desinens, vel quintum decimum saltem inchoantem.

196. Exhibet Monfalconius pag. 292. Alphabetum Norvagicum litteris Runicis, quales (inquit) in Norvegia adhibebantur. Hickesius antea ex vetustis, vt putat, monumentis Romanorum characterum varia ediderat alphabeta: & cum nullo ex Hickesianis horum perfecte ~~conf~~ convenire fatetur Monfalconius. Scilicet alia alij falsorum monumentorum architecti alphabeta fingebant; quæ Runica, Saxonica, Gothica, Coptica, aliarumve gentium, vel Græca ac Latina alia aliarum esse mentirentur. Ejusmodi est character Græcus, quem undecimi seculi ait esse Monfalconius, pag. 297. hac forma: Τιμῶν ἐν κόσμῳ ἀμέλει διαμερόων &c. Hæc vera forma scripturæ manifeste ~~orbem~~ manum Latinam sapit; nec eam Græcia vidit unquam. Eo tamen scribendi genere plerique sunt codices Græci, sed a falsariis conditi: vt ~~non~~ non minorem fuisse apud Græcos varietatem characteris diversis seculis fuisse, quam quantam finxere in scriptum Latina finxere.

197. Laudat idem pag. 298. Codicem Colbertinum 1450. ita inscriptum: Εὐδοξίας τῆς Μακρεμβολιτίσσης βασιλίσσης Κωνσταντινουπόλεως, Ἰωνία, ἤτοι συναγωγὴ θεῶν &c. Eudociæ Macrembolitissæ Imperatoricis Constantinopoleos, Ionia, sive Collectio genealogiæ deorum, de heroum, de heroidum, & de metamorphosibus ad ipsos spectantibus; ..... ad Christi amantem & piissimum Imperatorem Diogenem Romanum Diogenem, νικητὴν, τροπαιοῦχον. Edidisse autem præterea fertur Ὁμηροκέντρα, quæ &

edita sunt typis jamdudum, & sunt in codice pereleganti manu scripto Collegij Regij Parisiensis, sub hoc titulo, Εὐδοξίας τῆς Αὐγούστης Ὀμηλόκωμα. At reipsa nulla fuit Eudocia Augusta in Oriente, vel Byzantij: nullus fortassis vspiam Romanus cognomento Diogenes. Eudocia Macrembolitissa non alia quam Synagoga Iudaïca Hierosolymitana est: Eudocia nomine derivato ex חוה-קהל-הוה: vt Synagogam Iudaïcam significet, quæ removens afflixit Christum. Macrembolitissa pro Hierosolymitana ponitur: quoniam Hierosolymis longæ porticus μακροὶ ἐμβολοὶ fuere: vt porticus Salomonis, Act. V, 12. & Probatica piscina, quinque porticus habens, Joan. V, 2. Hinc fictum gentile nomen Μακρεμβολίτης: ac deinde femininum Μακρεμβολίτισσα; quod nusquam alibi, opinor, quam in titulo hujus Codicis Colbertini. Eadem porro Synagoga Βασίλισσα ΚΠεως, hoc est, Regina Hierosolymæ nuncupatur: nam in his ænigmatibus, vt sæpe diximus, nomina civitatum omnia pro Hierosolymis sunt. Ἰωνία denique hic derivandum nomen est ex Hebræo יה-הוה-? : quoniam hanc ex illis nominibus exstare sententiam adisci voluit:

Eudocia Macrembolitissa Regina CPeos Ionia.	Synagogam Iudaïcam Hierosolymitanam reginam Hierosolymorum affliget Christus:

in supremo judicio scilicet, cum dicturus est Hierosolymitanæ synagogæ, quæ ipsum occidit, Discedite a me maledicti. Hæc est, quæ Apoc. XVIII, 7. in corde suo dicit: Sedeo regina. Ὀμηλόκωμα denique non

Homerocentrones sient: nam Græci dicerent Ὁμηροκεντρωνες: sed est filum vox derivanda ex Hebræo, חרה-עקה-נתרה: ut ex his tribus vocibus exstet hæc sententia:

Eudocia
Augustæ
Homerocentra
} Synagogam tribus Juda conteret jnibus, qui affliget removentes se.

Augusta pro regia ponitur; quæ est tribus Juda: nam Judas . . . de stirpe ejus Principes germinati sunt. 1. Paralip. v, 2. Juda rex meus. Psal. LIV, 9.

198. Laudat idem pag. 299. Typicon Irenes Augustæ, ex codice Regio 3019. In eo subscribit, folio 129. Εἰρήνη ἐν Χῷ τῷ Θεῷ πιστὴ βασίλισσα Ῥωμαίων ἡ Δούκαινα. Irene Irene in Christo Deo fidelis regina Romanorum Ducæna. Sed hujus subscriptionis scriptura nudior & impolita affectata est a fallace Calligrapho manifeste apparet: præterquam quod nulla unquam fuit Constantinopoli sive βασίλισσα, sive regina, sive Imperatrix; sed Δέσποινα tantum. Quæ ΕΙΡΗΝΗ ΒΑSILISSH in nummis appellatur, Thessalonicæ regina, non Byzantij, fuit. Δούκαινα denique a masculino Δούκας finxere haud dubie ij, qui magno errore a φώκη factum esse φώκαινα crediderunt. In hoc Typico Irenes, sive Regula Monialium, describi ipsa jubet Typica tria in membranis: alia deinde duo volumina βαμβύκινα. Nesciebat hujus Typici artifex chartam bombycinam nonnisi sæculo XIV. aut circiter natam, annis forte amplius centum antequam illud conderet, & Irenæ tribueret, quam duodecimo sæculo mendaces historiæ Byzantinæ scriptores proferant.

199. Laudat iterum pag. 302. Codicem Basilianorum Romæ, de quo superius egimus, n. 76.

Titulum huno præfert sane speciosum. Νομοκάνων ... λογιωτάτῳ διακόνῳ τῆς τοῦ Θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας, καὶ νομοφύλακος τῆς τῶν Ῥωμαίων βασιλείας, πατριαρχικῷ νοταρίῳ καὶ πρωτοπροέδρῳ πρωτοσυγκέλλων Δοξαπάτρης. Titulj ob hanc sententiam vel ex ea fictj:

Nomocanon diaconj Ecclesiæ & nomophylacis Romanorum imperij, Patriarchicj notarij protoproedrj protosyncellorum Doxapatris.


Verbum affligens affliget affligentes se Judeos synagogæ & legisperitos Judaïcæ Reipublicæ: Patrio potestate percutiet jratus summos Pontifices Principes sacerdotum Christus.

Nomocanon ex his derivatur ex נגה-ענה-עקה-נאם. Nomophylax, legum custos, ponitur pro Legisperitis, quorum in Evangelio mentio est. Πρωτοπροέδρος est, qui primas sedes obtinent. Πρωτοσύγκελλος, qui primus inter sodales ejusdem ordinis. Doxapatres Δοξαπάτρης filium nomen est ex δόξα πατρός, vt ex Hebræo עמי-שדי-אבי-ן derivatum, & Christum designet; Qui dividet adhuc circumdantes se; de quibus Joan. Judæos scilicet, qui comprehenderunt eum JESVM Joan. XVIII, 12. Cetera ex antedictis patent. Notat Vir Clariss. Du-Cangius, in Glossario Græco, pag. 1471. hanc appellationem πρωτοπροέδρου πρωτοσυγκέλλων esse nuperam & in extrema Græcia natam. Ejus certe mentio, extra hunc codicem, quem vidit & laudat, & Sylburgius, nusquam occurrit.

Montfaconius ibidem addit, in hoc Nomocanone characteres deficere a pristina elegantia: quoniam

decimo, maximeque sequentibus seculis mira inversa fuit litterarum varietas. Undecimo seculo decimo, quod vulgo Ignorantiæ seculum nuncupatur, venustior Calligraphorum scriptura, & elegantior fuit!

200. Profert idem pag. 309. effigiem Crucis argenteæ, quam Monasterio San-Germanensi dedit princeps Palatina, inscriptam hoc titulo ac distichio:



Σταυρῷ παγὲν ὑψώσας ἀνθρώπων φύσιν,
Γράφει κομνηνὸς Μανουὴλ τρόπαιον.

Qui cruci affixus exaltavit hominum naturam, scribit Comnenus Manuel coronam gerens.

At neque scriptura hujus distichi similis est ei, quæ in nummis visitur hujus Manuëlis: nec caret ambage aut suspicione pravi dogmatis sensus prior; nec coronam gessere unquam Despotæ Byzantini, aliique Orientis principes: nec in argento scribitur, sed sculpitur: unde γλύφει scribi debuit, non γράφει: nec denique φέρεται τρόπαιον Græcum videtur esse, pro τρόφος: ac ne illud quidem ipsum pro coronam regiam ferens. Neque enim τρόφος aliud quam sertum est. In nummis suis ΜΑΝΟΥΗΛ ΔΕCΠΟΤΗC tantum scribitur; & caput cinctum gemmis, non corona.

201. Alteram Crucem Venetijs asservatam describit pag. 310. in qua e septemdecim versibus, quibus quibus completur inscriptio, hic decimus est: Ἡ βασιλὶς Δούκαινα λάτρις Χριστοῦ, Hæc fuisse dicitur avia Manuelis supradicti, uxor Alexij Comneni, sæculo labente undecimo. At hic in nummis suis est tantum Δεσποίνης: quomodo ergo uxor βασιλὶς, regina, vel Imperatrix? Confecti hi versus titulique sunt sæculo quartodecimo, vel consequente, post confectam eadem ætate historiam Byzantinam. Idem statuendum de Cruce altera, in qua Maria nescio quæ similiter βασιλὶς nuncupatur, pag. 311.

202. Recte monet, pag. 316. multos Calligraphos, qui Commentarios perscriberent, sive in Scripturam sacram, sive in alios Codices, duplici scribendi forma, eaque admodum diversa, plerumque usos esse; alteram videlicet pro contextu; alteram pro commentarijs sive scholijs. Res ea sane constat, sed eadem argumento certissimo est, omni ævo potuisse variam a multis librarijs usurpari formam characterum: ac proinde vulgarem eam semper fuisse, quæ in scholijs adhibetur; coactam, insolitam, ex alphabeto arbitrario fictam, quæ in contextu speciosior apparet: nec proinde probabiliter ex ea colligi Codicis alicujus vetustatem.

203. In codice Regio 1884. scripto (ut in adnotatione legitur, anno 1336. (De eo egimus n. 114.) characterem undecimi sæculi imitatus est [illegible] amanuensis, inquit Montfalconius, pag. 326. at ij qui codices manuscriptos evolvere solent, vel primo conspectu discrimen internoscunt. Hoc ipsum est, quod contendimus sæculo 2 in primis decimo quarto, qui scripturam prioribus sæculis a librarijs impia cohortis assignatam alij alijs felicius imitarentur.

204. ~~Laudat quendam~~ Ex codice Regio 2724. hanc adfert adnotationem, pag. 363. ἴστον ὅτι ἡ ἰνδικτος &c. Sciendum est Indictionem, quæ etiam ἐπινέμησις vocatur, semper incipere a prima Septembris, & ascendere vsque ad annos quindecim, &c. Extra Glossarium vnum Græco-Latinum, in quo legitur, Ἐπινέμησις, Indictio; (quod quidem non constet ibi dici de Indictionum cyclo:) alibi non occurrit ἐπινέμησις pro Indictione.

205. Laudat pag. 377. Codicem Græcum Montis Casini, vndecimi, inquit, aut duodecimi sæculi; in quo hæc visitur initio descripta figura.



Id est, inquit, Helena inventum a Deo datum est. Quid est inventum datum Helenæ; cum neque Crux ista, neque istius formæ Crux dici ~~possit~~ possit inventa ab Helena! Sensus est: Synagogæ Christus a Deo datus est. Helena Synagoga est, quæ maledicebat affligentibus se: derivato nomine ex חנה-הלל. Ἐυρεσις Christus est: qui invenitur ocidentibus se: derivato vocabulo ex ה-מצא-ה-מות. Ludus hujusmodi, tum qui Hebraïcis originibus constat, tum qui litteris singulari artificio ordinatis, sæculi decimi quarti vel quinti inventum est. Ex hoc fortassis fabricate orta fabula est, non de inventa quidem ~~crucis~~ Cruce, sed de inventa ab Helena: quæ certe narratio non est sæculo decimo quarto ~~antiquior~~.

206. Codex Colbertinus 700. Evangelistarium

est, octavij, inquit Montfalconius, pag. 228 vt æstimatur, sæculj; aureis litteris fulget, characterе vnciali, nunc subrotundo, nunc quadro. Paginam illius codicis vnam pingj diligenter curavit; ex qua perspicuum est, in Occidente exaratum fuisse longe posterius, hoc est, sæculo decimo quarto; a manu quidem pingendj peritâ, sed Græcj sermonis & per vera compendia scribendj ignara. Nam de affectata est forma litterarum, insolens & coacta: ac perpetuo vocales permutantur: η pro ι: vt μηχεῖν pro μιχεῶν: οι pro υ: & similes alia pro alijs: etiam lineola superponitur pro supplenda in fine littera ν: vt in μηχεῖω, & βλίπθοτ: qui Gallicus omnino mos est, non Græcus certe. Initio Græcum carmen præfigitur versuum viginti trium, litteris aureis, ad laudem operis, superposito hoc titulo: IAMBEIPNN. Quatuor prioribus litteris Montfalconius putat putat vocem hanc IAMBI designarj; haud satis felicj conjectatione: cum senarij quidem sint versus more Iamborum, Iambi tamen non sint. Quid sibj velint sequentes litteræ, fatetur se nescire. Omnes sunt litteræ numerales, quæ efficiunt numerum CCCXXIII, hic autem numerus pro titulo # 207. Laudat pag. 380. Diplomata novem præsertim e Monasterio S. Basilij Romæ: e quibus aliquot αὐτόγραφα sive originalia esse affirmat; sed vulgarj charactere conscripta. Græcj enim, inquit, Calabriæ & Siciliæ a vulgarj cæterorum Græcorum scribendj more non deflectebant. Ficta nobis ea videntur omnia; nec Græce scripta primum, sed ex Latinis facta Græca.

In primo ex ijs diplomatibus, pag. 392. appellatur Nicolaus Maleïnus, fictum nomen, vt diximus n. 57. nec alibi cognitum. Item Nicolaus Genearpullus, qui similiter Christus est:

Nicolaus } Christus
Genearpullus } ipse afflictantes se probris afficiet maledicens.

postrema, signi sint subjectum carmen, constans, ut diximus, viginti tribus versibus, in laudem Trinitatis esse. Nam versus postremus ΠΡΟΣΚΥΝΗΣΩ ΤΡΙΑΔΟΣ ΚΑΤΟΜΠΤΟΝ ΤΟ ΠΑΝΣΕΠΤΟΝ ΣΟΥ ΔΟΞΑΣΩ ΚΡΑΤΟΣ, ut dixi, numerum litteris numerales efficientibus, 365. Sic alter, ut videtur, titulus, quo jambos publicos

Genearpulleus fictum nomen est ex עגה-חרף-אבלה-ז
Pag. 394. appellatur quidam nomine ἀνοβελήσιμος, hoc est, Protonobilissimus; ex familia Protonobilissimorum fictitia, nec aliunde cognita, quam ex illo & sexto simili instrumento. Protonobilissimorum ipsa in Aula Cl. dignitas, ficta nunc quidem non aliunde videtur, quam ex eo quod in nummis antiquis Cæsares Nobilissimi appellantur: potuit autem Christus Dominus, qui Rex Regum est, & ex familia Regum ortus, Protonobilissimus appellari: sunt enim Reges certe inter nobilissimos primi πρῶτοι. Inde confida Dignus Protonobilissimatus a scriptoribus infima, ut vocant, Græcitatis. Notatur in fine Indictio septima, & annus 6607. qui Christi fuit 1099. cum nondum esset Ø aut Indictio excogitata, aut annus mundi in usu. Deinde subscriptio: Ἰωσὴφ ἀνθύπατος καὶ κριτὴς Στυλὰγ ὁ Τερρόης, huic instrumento subscripsi propria manu.... anno 6607. fictum subscribentis nomen. Post titulos dignitatum scribi cognomen, abhorret ab usu & sensu communi: quamobrem Montfalconius interpres ita censuit emendandum: Joseph Terroës Authentes & Judex Stylj. Non vidit scilicet hunc nominum situm & ordinem ad enigmatis structuram requiri, cujus est hæc sententia:

Joseph	Christus
ἀνθύπατος	pro potestate
& Judex	Judicem
Στύλᾳ	qui suspendit eum
Terroës	conteret igni.

Joseph hic derivatur ex חצה-חפה-ז: ut Christum significet, Qui dividet operientes se: Judæos, qui velaverunt eum: dividet autem, cum segregabit oves ab hœdis. Ἀνθύπατος est, qui sua potestatis ac dominus est. Στύλᾳ hic derivatur ex ש-תלה-ר. Terroës fictum nomen est ex ~~ש~~ אש-רעה-ת.

208. Diploma secundum est pro Monasterio

τῆς νέας ὁδηγητρίας, sive τῆς νέας ὁδηγητρίας, sive τῆς μεγάλης Ὁδηγητρίας, mense Novembri, Indictione quinta, anno 6620. cœpto a Septembri anni vulgaris MCXI. Qui sint Ὁδηγοὶ, superius diximus, n. 36. & 112. Νέα δὲ μεγάλη Ὁδηγητρία, nova & magna Synagoga est. Monasterii de lo Patire, sive de Patirio titulus iste Ὁδηγητρίας νέας καὶ μεγάλης, non alibi quam in falsis istis instrumentis apparet. Μονὴ τῆς Νεοδηγητρίας Ῥωσιανῶν hic appellatur, ut sententia sit, Nova Synagoga Iudaïsmi: derivato Russiani nomine ex רשע-עון: ut Iudaïsmum significet, Qui conterit afflictores &c. Diœcesis, in qua situm illud Monasterium de Patirio est, vero nomine Rossianensis nuncupatur. At illud mutari in Russianum oportuit, ut posset ex Hebræo derivari, & Iudaïsmum designare.

209. Testium diploma est pag. 397. Rogerii Regis Siciliæ, anno 1130. Dicitur esse dumtaxat apographum, (nam autographum nemo vidit:) saltem, inquit Montfalconius, annis circiter quinquaginta post datum diploma. Titulum hunc præfert: Exemplar per omnia simile chrysobullo Monasterii Novæ Hodegetriæ Patris: τὸ κατὰ πάντα ὁμοδύναμον τῆς χρυσοβούλλου τῆς μονῆς τῆς νέας Ὁδηγητρίας τῆς Πατρός. Græculus interpres imperitus, del Patire, vel (ut Siculus appellat) de lo Patire, credidit esse ab Italo a Græco πατρικόν; cum verius priscum sit loci nomen ignotæ originis. Sequitur: Rogerius in Christo Deo prius potens Rex: Diceret haud dubie, Siciliæ Rex: ut pater ipsius in instrumento, qualecumque id sit, inferius indicando, Comitem se Calabriæ & Siciliæ inscribit, absque illo superbo pii ac potentis titulo. Sed erro: nihil hic fastuosum. Rogerius in hoc instrumento similibusque, ipse Christus Dominus est, vere Rogerius a רע-עון:

qui conteret inimicos: idem certe pius ac potens; & idem, vt in subscriptione additur, Christianorum adjutor. Appellat deinde, pag. 398. religiosum Præpositum sanctæ Monasterij intemeratæ Deiparæ & novæ Hodegetriæ τῆς παρθένου χωρὶς λύπας. Iam sæpe monuimus, in supposititijs monumentis Synagogam appellari Deiparam, quoniam de ipsa dici qualitercumque potest Christum Deum genuisse secundum carnem. Quod autem Monasterij Præpositus hoc anno Lucas appellatur, fatetur Montfaconius id adversari Catalogo, quem Vghellus affert Abbatum ejusdem Monasterij. Nam is tomo IX. Italiæ sacræ, pag. 388. ex monumentis, vt ait, ejus Monasterij, Lucam primo loco ponit, secundo Bartholomæum, anno 1122. Cosmam deinde Archiepiscopum Rossanensem, anno circiter 1150. Sed quæ profert Vghellus hujus Monasterij instrumenta, ante hunc Cosmam & ante hunc annum, nihilo meliora sunt, quam quæ Montfaconius edidit. Exempli causa istud esto, quod est inscriptum, pag. 385. Sigillum factum est ex nostra parte Rogerio Comite Calabriæ & Siciliæ; & datum est tibi Patri spirituali meo domino Bartholomæo venerabili Abbati Abbatiæ sanctæ Deigenitricis Virginis Mariæ Odigitriæ Vrsianam, in mense Septembris, Indidione duodecima, MCIIII. Consentire dixit Montfaconius annum cum Indictione. Fallitur. Annus enim Christi a Ianuario incipit; Indictio a Septembri, quæ anno Christi 1104. a primo die Septembris fuit Indictio decima tertia, & illis temporibus nondum anni Christi notabantur in chartis; vt patet ex optimo integerrimoque instrumento Annæ matris Philippi I. Regis Francorum, quod in hoc Collegio asservatur. Necdum erat excogitata Indictio: & ex regulis imperij cohortis, nomine sanctæ Deigenitricis hic Synagoga designatur, vt diximus. Vt sit

Maria } Synagoga
Odigitria } Iudaïca
Vrsianam } Hierosolymitana.

Maria ex מרה-יה: Quæ ipsa Christo. Odigitria, ex יה-עטר-הזה-עיר: Quæ spoliare cogitans circumdedit Christum; quando vtique venerunt Iudæi cum fustibus comprehendere eum, Matth. XXVI. Aliqui nihilo magis ex ὁ δηγὸς Græci facerent ὁ δηγητρία, quam ex Πατηγὸς Πατογητρία. Denique quid hic fuit vox Vrsianam, aut quid aliud potest designare, quam Iudaïsmum Hierosolymitanum, Qui conterens affligentem se oüdit: ex ~~מחרחרנו~~ הם-ארץ-הענה-ארץ.

Datur deinde in isto diplomate omnia quæ tenebat Rhaymundus, Φραιμοῦδος. Vox ficta ex ארץ-~~ארץ~~-מרץ: vnde & Rhaymundus: vt Christum significet, Qui vincitor ligantes se; Iudæos vtique, qui ligaverunt eum, Ioan. XVIII, 12.

Scriptum a Potestate nostra in vrbe Messana, mense Maio, Indict. VIII. anno 6638. qui Christi fuit 1130. nondum Indictione excogitata, aut anno mundi in vsum inducto. Subscribit: Rogerius in Christo Deo hoc est, vt Christum Deum decet, pius potens Rex, & Christianorum adjutor. In adversa autem pagina subscribit ~~Archiepiscopus~~ Archiepiscopus hoc modo, & in hanc sententiam:

Cosmas	Christus
monachus	affligentes se affligit
& archiepiscopus	~~suum~~ principes Iudæorum
πόλεως Ῥοσσάνης.	vobis Hierosolymitanis.

Rossana pro Hierosolyma est, Quæ conterebat affligentes se. ex הנע-עצר. Rosianum propterea Ebarius coactus est in Rossanum mutare; quemadmodum ~~ipse~~ superius in Rusianum: quoniam ex Hebræo dari eum Rosianum non potest.

X10. Quantum instrumentum est, pag. 401. ejusdem anni 1130. (non 1131. vt putavit Montfauconius:)

Indictione & nona scilicet, mense Septembri; bulla cerea Philippi, qui sic subscribit.

Philippus	Christus
~~fil~~ Leonis	Iudeos
Logothete	deridentes se conterens conteret,
& magni Iudicis	magnus Iudex
totius Calabrie	totius Iudee.

Philippus pro Christo ponitur, Qui segregabit operientes se Iudeos, qui ~~tegen~~ velaverunt eum, Luc. XXII, 64. Derivatur ob id ex ΠΔΠ-ΠΔΔ. Cetera ex antedictis sunt plana.

211. Quintum est Gerasimi καθηγουμένου τῶν κορυφαίων ἀποστόλων Πέτρου καὶ Παύλου, abbatis Principum Apostolorum Petri & Pauli; Nominis & loci aeque ignoti. In fine precipit anathemati subesse sanctae synodi eum, qui irritum hoc diploma facere tentaverit. Annum vero non adnotat dati diplomatis.

212. Sextum est Rogerii Regis Siciliae, quo Christodulum Amiram Protonobilissimi titulo exornat, ob egregia merita. Character nullius saeculi proprius esse dicitur; affectatus nihilominus ad vetustatem assimulandam. Annus ab ortu Christi numeralibus notis signatur ita perplexe, ut status nihil certi possit. Indictio secunda perspicue legitur. Tabulas ternas implet diploma. In tertia, post anni & Indictionis notam legitur Rogerii subscriptio triplex: Ῥογέριος ἐν Χριστῷ τῷ Θεῷ εὐσεβὴς κραταιὸς ἐξ καὶ τῶν Χριστιανῶν βοηθός, ut n. 209. Altera, E. Ῥογέριος ἐν Χριστῷ Δεσπότης, Ego Rogerius in Christo Despota. Tertia, P. M. B. quam Montfalconius timide interpretatur, Ῥογέριος Μέγας Βασιλεύς. Nefas ei in eo satisfaceret, obstitit usus Graecorum scriptorum, qui soli Byzantio (ut volunt) Imperatori

titulum βασιλεων dedere: reges occidentis ἐν Χριστῷ vel Χριστῷ nuncupavere. Nescit jd istos scriptores stulte fecisse ac maligne. Stulte quidem, cum omnes & solos reges βασιλεῖς antiquitas appellarit, vt ex nummis liquet Macedonum, Syrorum, Ægyptiorum, Parthorum, Arabum, Ponti, Cappadociæ, Siciliæ, & aliorum: Imperatorum autem Romanorum aut in nummis suis ~~Da~~ Græcis neminem vnquam vel semel ~~nuncupatum~~ βασιλέα ~~fecisse~~, aut in Latinis Regem appellaverit. Sed quoniam intererat impiæ cohortis credi Imperatores Romanos summa potestate vsos in toto Imperio esse, ac vi & tyrannide Rempublicam occupasse, βασιλεῖς eos, vt reges ceterorum appellarunt. Ob jd reges ceterorum Χριστοὺς maligne vocarunt.

In isto diplomate Rogerius Christodulum Amirum Protonobilissimi dignitate auget; quoniam Christus est, inter Nobilissimos primus, quippe Rex regum, & Dominus dominantium.

Christodulus / Amirus } Christum renuentibus maledicet Christus.

Christodulus hic derivatur partim ex Græco Χριστὸς, partim ex Hebræo מָשִׁיחַ אֵל. De Amiræ origine egimus n. 147. Occasio hujus fingendæ vocis fuit Arabica vox أمير Princeps. Sensus igitur hujus Decreti est: Christus Deus Christum Romanum inter Protonobilissimos Protonobilissimum fecit. Vt Hebr. 1, 9. Dilexisti justitiam ..... Propterea vnxit te Deus Deus oleo lætitiæ PRÆ PARTICIPIBVS TVIS.

213. septimum est, pag. 410. compositio litis inter Monachos: Prætore Leone Maleino; in vrbe Hiemcis & Styli:

Leo / Maleinus } Christus maledicens affliget.

Leo pro Christo ponitur, vt n. 27. Maleönus fit ex הגע-הלא-ד. In fine legitur: Scriptum est presens instrumentum vicesima die mensis Aprilis, ἐτ τὰς κ'. (vt jam non semel superius suo imperite scriptum vidimus in quibusdam codicibus:) manu mea Πέτρᾳ νοταρίῳ τῷ Γαρίν, τὸ κατὰ Συρίαν ἐκ τῆς Μαρωνίτης, anno 6652. (1144 Christi suit' 1144.) Indictione septima. Ex his nominibus exsistit hic ista sententia:

Petrus Notarius filius Garin e Syria Maronites	Christus peractiet inimicos, invocabit affligentes se e Judea Hierosolymitanos.

* Notarius hic derivatur ex נצר-נוט. Garin ex הגע-רעה fictum nomen, quod ob eam originem alibi Garen legitur. Συρὰ pro Συρία scriptum imperite, & obscure: quod cum Montfalconius non intelligeret, vir alioqui Græce pererudituus, verbi gratia Maronites. Pro scripsent haud dubie Latinus Rufus inscriptionis auctor, e Syria; ne Maronites ex Maronea Thraciæ oppido incelligerentur Maroniten e Libani monte incolam voluit intelligi; profuitque pro Hierosolymitano.

214. Octavum est pag. 413. Philippi filii Joannis Brulli, qui facultates suas ac seipsum offert monasterio sancti Joannis Therisli.

Philippus Joannis Brulli	segregatis operientes se Christus affliget Judæos.

Brullus fictum cognomen est ex הלא-הגר-ג: vt Judæum significet, qui cum conteritur, maledicit, sub finem divis se ipse devovet, & anathemati subjicit a trecentis decem & octo divinis Patribus;

* Petrus pro Christo ponitur, uti petra apte est & lapis, Deique ipse Divus, Matth. xxi, 44. super quem cadens lapis ipsum conterat eum.

At ij nondum lucem aspexerant. In fine additur Scripta sub pio regno, ἐπὶ τῆς εὐσεβοῦς βασιλείας Guillelmj Ῥηγὸς καὶ δεσπότου ἡμῶν· munu mea Nicolaj τῆ ἀποιχομένῳ Magistri, mense Januarij, Indictione XIII. (cum necdum esset excogitata Indictio:) anno 6673. (qui Christi fuit 1165.)

Nicolaus	Christus
Ἀποιχόμενος	Judæos
magister	removens abscondet se.

Ἀποιχόμενος participium a verbo ἀποίχομαι, visum donecum ad Judæum significandum, qui adhuc affligens conteret affligentes se: ex עני-הם-עקה-קצר. Magistri, vt n. 186.

215. Nonum denique, pag. 415. est Nicolaj Luatrj, Leonis fratris ejus, & Joannis fratris eorum, qui fundum offerunt monasterio.

Nicolaj	Christus
Luatrj	fenerators conteret:
Leonis	Judæos
Joannes	Christus affliget.

Luatrj fictum cognomen est ex עני-ת-לוה. In fine legitur; Scriptum mea manu vilis Presbyteri Λέοντος Malacuρέως, anno 666 6693. (qui fuit Christi 1185.) Indictione 2. Christus hic est, qui

Πρεσβυτέρους	Seniores
Ἰωάννους	Judæorum
Malacurum	maledicens affliget inimicos affligentes se.

Malacurum fictum cognomen est ex עני-ער-עקה-אלה-ר.

216. Profert Montfalconius pag. 428. diplomata Latina quatuor, quæ mihi nunc quidem pnrba & genuina & videntur. De quibus proinde supervacuum est hic dicere.

217. Codex Anglicanus, Evangeliſtarium dictum, profertur a Monfalconio, pag. 510. habens in fine hanc adnotationem: ἐγράφη διὰ χειρὸς Κωνσταντίνου πρεσβυτέρου, menſis Maij die 27. Indictione VIII. anno 6503. (qui Chriſti fuit 995.)

Conſtantinus presbyter } Chriſtus { cui condemnato affliget affligendos
{ ſeniores populi,

a quibus eſt morte damnatus: de quibus Matth. XXVI, 3. Tunc congregati ſunt ſeniores populi.

218. Pag. 511. Colbertinus, Opera Chryſoſtomi complexus, hanc in fine notam habet: ἐτελειώθη &c. Abſolutus eſt hic liber, feria quinta, hora 5. die 15. Aprilis, anno 6511. (qui fuit Chriſti 1003.) Indictione prima, imperantibus Baſilio & Conſtantino, manu Baſilij preſbyteri & καλλιγράφου (ſic.) De his Imperatoribus vide dicta ſuperius, n. 21. Indictio Græcis ignota. Baſilius preſbyter Chriſtus eſt, qui

Baſilius preſbyter & Calligraphus. } cum dividet, maledicet ſeniores populi & ſcribas.

219. Ibidem, Codex illuſtr. Paſſionej, Chryſoſtomus in epiſt. ad Romanos. In fine notam habet menſis Septembris de Indictionis quintæ; annus non apparet. Indictionem ſolam apponere, quid eſt aliud quam nugarj, & legentibus illudere velle? Deinde ἐγράφη δὲ χειρὶ Βασιλείου καλλιγράφου μοναχοῦ. Chriſtus eſt, qui

Baſilius calligraphus monachus } cum dividet, maledicet ſcribis Judæis.

Undecimj ſæculj codicem hunc eſſe aiunt.

220. Ibidem, Codex monaſterij Montis Caſinj, undecimj ſæculj, inquit Monfalconius; complectitur Aſcetica ſancti Dorothej, & alia. In fine ſunt ἐξ iambi

versus quindecim, in quibus inscriptum nomen est scriptoris sive librarij:

Ἀρσενίου ἀδελφοῦ καὶ τριβαθλίου,
Σχῆμα μοναδικὸν ἀληθὲς φοραλογλι.

Quæ Montfaconius sic vertit:

Arsenij imbecillj de miserimj,
Habitu quidem monachj, sed vere exactoris.

Ubi Arsenius, inquit, se φορολόγον sive exactorem & raptorem vocat: quòd fortassis antequam Monachus esset, exactoris munus gesserat. At non quis fuerit Arsenius ~~judicat~~ ipse judicat, sed quis etiamtum esset: & quod se verius esse, quam Monachum, dicit, oportet esse quiddam Monacho contrarium. Hebraïzat scilicet Arsenius ille, vere Arsenius, vere Judæus: Arsenius enim ex יָשַׁע Judæus est, qui conterit affligentes se. Monachj is habitum gerebat: sed vere sortem suam deridebat. Hoc est enim reipsa ~~μοναδικὸν~~ יָשַׁע־יוֹד. Monachus Monachatûs derisorem se prædicat. φεῦ μοναδικὸν τὸν φορολόγ.

221. pag. 512. Codex Oxoniensis, Octateuchus; in fine hanc notam habet: xxv. Novembris, feria 6. hora 3. anno 6634. Indictione IV. ἀπὸ κτίσεως cum anno mundi, die 1. Septembris anni vulgaris 1125.

222. Profert Montfaconius, pag. 514. Specimen scripturæ Codicis Alexandrini, qui Londini servatur, & in ea ipsa urbe impressum in ære fuit. Simillima scriptura est codici nostro manuscripto, de quo ~~probus~~ diximus n. 2.

223. Post captam Constantinopolin a Mahometo II. in Patriarchio Constantinopolitano fuere codices manuscripti omnino circiter triginta, teste Antonio Verderio, & post eum Antonio Possevino. In tota urbe, quamvis ampla, apud varios viros Principes, aliosque, vix centum octoginta in totum, ut a Montfaconio numerantur, in ~~recen~~ recensione Bibliothecarum, sive Præfatione

Palæographiæ (Palaiographia dixi dehinc) pag. XX. Quo vero abierint ij omnes, omnino nesciunt. In tota Græcia cis Byzantium, vix certo colligas ex descriptione Montfaconij ibidem, esse centum codices manuscriptos. In reliquo Oriente vix vnum alterumve reperias. At in Occidente; hoc est, in Italia, Gallia, Anglia, Batavia, Germania, numerum ait idem, pag. XXI. ad viginti millia vix pertingere. In Regia Bibliotheca fere sunt bis mille: fere mille in Colbertina: in hujus Collegij Parisiensis Bibliotheca circiter trecenti sexaginta: atque adeo vel in ea vna plures, quam in tota Græcia. Vnde hoc autem audit, nisi quod in Occidente conditi primum & exarati codices Græci fuere, ibique manserunt; paucis exceptis insignioribus, qui fuere hinc in Orientem delati, vt inde nevekerentur, ibique scripti fuisse eos crederet Occidens?

224. De Monte Atho, scripsit Bellonius in Itinerario Gallico, anno 1553. In monte Atho olim fuere multi codices optimi manuscripti: tunc enim tunc longe doctiores, quam hac ætate: hodie quippe vix vnum reperias in singulis monasterijs, qui litteras attigerit. Habentur tamen, pergit idem, in istis cœnobijs libri Theologici: Poëtici autem, Historici, vel Philosophici, nulli: quoniam alios quam Theologicos libros exscribere vel legere, interdictum est presbyteris & monachis sub pœna excommunicationis, ab Ecclesiæ Græcæ Episcopis & Patriarchis. Proh! quot nihilominus Calligraphos Græcos superius vidimus; sed qui de nomine scilicet & patriam mentiuntur; qui exscripsere magna ista Poëtas, Philosophos, Historicos, Oratores, Astronomos?

225. At edidit anno 1701. Ioannes Comnenus medicus, Descriptionem Montis Atho, quam in Latinum ex Græco transtulit Montfaconius, a pag. 441. ad 499. Septem in eo monte ait esse Bibliothecas: unam in his vnam præ ceteris mirabilem: omnes innumeris de omni argumento libris refertas. Verum vix vllum istos

medico Græco mendaciorem, aut fabulosiorem scriptorem reperias: vix in toto opere versus vel vnus mendacio & fabula caret; exceptis iis quæ ex Bellonio describit: nihilo veriora sunt cetera, quam quod de monasterio vno jbi extructo ab Antonio (sic enim scribit, pag. 495. pro Antonino) Caracalla refert; quoniam vnj e monasterijs nomen est Caracoul.

226. Triodium ex codice MS. Barberiniano, sive officium Quadragesimale, nuperrime edidit dominus Angelus Maria Quirinj, e Congregatione Casinensi. Ad calcem apposita hæc notatio temporis est, ejusdem stilj & jngenij ac priores; quamvis, vt in toto etiam codice, cum frequenti commutatione vocalium, & accentuum spirituumque neglectu. + ἐτελέφη ἡ δέλτος αὕτη ἐν χερὶ λίῦ ἁμαρτωλῦ καὶ νοτ. τελειῦ. μηνὶ Ἰανουαρίῳ κϛ. ἰν. ιϛ. ἡμέρα δευτέρα, ὥρα ἕκτη. τῦ ϛ. ϡϡϡ. ϡχϡ. οἱ ἀναγινώσκοντες εὐχεσθε καὶ συγχωρήσατέ μοι. Scriptus est liber iste manu Leῦ peccatoris & notarij. Absolutus est mensa Januario, die 26. Indict. 13. feria 2. hora 6. anno 6628. (qui fuit Christi 1120.) Nomen librarij hunc sensum habet:

Leῦ — Christus
peccator — Judæos
notarius — perimet jratus.

Leῦ non ex jmperitia, pro Λέοντος, sed pro Leo scripsit, vt Christum significet, qui Leo de tribu Juda, Apud Apoc. v, 5. quamquam & jd Λέων quoque & Λέοντος significat.

227. Codex Cæsareus, apud Lambecium, lib. VI. pag. 40. Constantinj Harmenopuli Nomocanonem exhibet, ab eo scriptum, anno 6853. Indict. XIII. qui fuit annus Christi 1345. Hactenus existimatus fuerat is vixisse circa annum 1150. Fictum nomen:

Constantinus Harmenopulus — Christus occidentes se affligat adhuc maledicens.

DE ÆTATE

Harmenopulus fit ex חרם. ענה. אבה.

§. 8.

De manuscriptis Codicibus Græcis Bibliothecæ Coisliniane.

228. Edidit idem Montfalconius, anno 1715 descriptionem Codicum Græcorum, qui continentur in Bibliotheca Coisliniana. Statim initio codicem primum laudat membranaceum, inter præstantissimos, inquit, europæ numerandum, sexto vel cum tardissime septimo sæculo exaratum, in quo Octateuchus & quatuor libri Regnorum sunt. Marginales notæ, inquit, aliæ sunt prima manu, aliæ octavi circiter aut noni sæculi; ut ex characterum forma deprehenditur. Taceo, inquit, alias recentes notulas, quæ a nugaci Græculo infimis sæculis adjectæ sunt. Verius diceret, scriptum fuisse codicem sæculo XIV. vel XV. sed affectato charactere, qui ob insolentiam antiquitatem simulare crederetur, longe præ forma notarum marginalium, quæ inferiorum sæculorum tempus referunt.

Characteres, inquit, quadrati sunt & crebri; similes nimirum codici nostro manuscripto Prophetarum, hac forma, quam ille exhibet pag. 3. ΓΕΝΕCΙC, ΕΝ δε ἀρχῃ ΕΠΟΙΗCΕΝ Ο ΘC ΤΟΝ ΟΥΝΟΝ ..... ἐπεφέρετο, & cætera. Pag. 4. In hoc codice frequentissime occurrunt litterarum vocalium commutationes: ε in αι, & αι in ε, η in ει, & ει in η. Certissimum judicium imperitiæ in amanuensi latino homine. Semper habet ΝΥΛΟΗΝΟΝ cum η initio. Persæpe convenit cum Codice Alexandrino.

Pag. 9. Cap. XXX. Geneseos, versu 6. hæc nota legitur in margine, inquit, prima manu descripta, hac forma: CH. (hoc est, σημείωσαι, nota:) ΟΤΙ Ο ΔΑΝ ΚΑΙ ΑΠΟ ΔΟΥΛΗC ΚΑΙ ΠΡΩΤΟΤΟΚΟC. Litteræ

d hic scripta his occurrit ad modum Rodierne scriptionis Latinæ: Indicio manifesto, totum codicem Latina manu scriptum fuisse. Neque enim Græcus magis Latinæ formæ d pingeret, quam Rodiè Græca S Latinus.

Pag. 25. In fine Deuteronomij additur, Τριὰς μακὰρ ἐλέησον, Trinitas unitas miserere. Ex impia sibolæ dogmate. Nos enim neque unitatem colimus, neque Trinitatem abstractam; sed unum Deum in tribus personis distinctis realiter.

Pag. 32. E libro tertio Regum, divisione ν'. Καὶ ἐνετείλατο ὁ βασιλεὺς Σαλομών, (sic.) cap. III, 46. Hic notatur in margine, inquit: ἐντεῦθεν διαφόρως ἔχει τὰ ἀνατολικὰ βιβλία. Ab hinc diversa habent Orientales libri. Unde fortassis quispiam, inquit, colligat hunc Codicem in Occidente scriptum fuisse. Et nos reste quidem ita colligimus. Vult enim hujus codicis scriptor admonere, in eo exscribendo vel solam sequi se Editionem Vulgatam Latinam, a qua libri Orientales, ut vocat, hoc est, Græcæ translationis prodigiose dissident, post hunc versum, ubi de Semei nece agitur, ubi promisit in titulo, Θάνατος Σεμεΐ, Numerus enim ille octavus, cui hic titulus præfigitur, versus est in Græco capitis tertij 46. Καὶ ἐνετείλατο ὁ βασιλεὺς Σαλομὼν τῷ Βαναΐα . . . καὶ ἀνεῖλεν αὐτὸν, ipsum nimirum Semei: quamvis hoc Montfalconius pervicacitatem negat. Et abhinc ἐντεῦθεν ab Hebræo & Vulgata translatione portentose discrepant libri Græci; quos ille in Occidente de Latino orbe scribens, libros Orientales appellat. Deinde more Latino Σαλομὼν per ο μικρὸν scribit; cum sit in Græcis codicibus Σολωμὼν constanter.

229. Codex VIII. membranaceus, inquit pag. 43. in

ipsa lignea tabella, quæ librum operit, legitur: ἱερᾶς καὶ ἁγίας Λαύρας. In imo margine primi folij: Προσετέθη διὰ τῶν μοναχῶν κῦρ Μακαρίου, μηνὶ φεβρουαρίῳ. ἰνδ. ιʹ ἔτει ϛψκϛ. Appositus per monachum dominum Macarium, mense Februario, Indict. 6 anno 6726. qui fuit Christi 1218. At numquam in Oriente Indictio fuit in vsu; nec ratio computandi per annos mundi, nisi apud Græculos quosdam Romanæ Ecclesiæ hostes; ex quo illum computandi modum a Latinis a seculo decimo quarto, [illegible] fuisse.

Pag. 47. In hoc codice liber 2. Paralip. semper scribit Σαλομῶν: indicio Latini scribæ, sed tamen minus periti, & alterius manipuli, quam e cohorte impia, quæ in Græcis τῶν ο. vt appellant, Σαλιωμῶν posuit; quia est Hebraïce Selomoh, per cum Kolem.

Pag. 52. in eodem codice, ad calcem libri, ΠΡΟΣ [illegible] ΚΕΦΑΛΑΛΓΟΥΝΤΑΣ .... & περὶ τῶν ΚΕΦΑΛΑΛΓΟΥΝΤΩΝ. Et alij tituli, πρὸς [illegible] κεφαλαλγίας. Littera F. pro Φ manum scribæ Latini apertè denunciat. Et tamen hic Codex dicitur fuisse, sancti Lauræ in monte Atho.

230. Codex decimus, decimo seculo descriptus est elegantj manu, inquit pag. 57. Sed littera δ per sæpe sic scribitur in hoc codice, ძ: quod est indicium Latinæ manus.

231. Codex XIX. scriptus notatur anno Christi 1527. mensis Junij 20. feria quinta, sine Indictione, vel anno mundi.

232. Pag. 77. Codicis XVII. scriptor librarius, scriptum eum fuisse mentitur, Consulatu Arcadij

IV. & Honorij III. Imperatorum Augustorum, Indictione nona periodi quindecim annorum, mensis Junij die 29. Est hic annus Christi ex Fastis, 396. Falsus fictusque Consulatus: Indictio ficta, quæ non nisi post annos fere DCCC. excogitata est.

233. [illegible]. Codex membranaceus LXXIX. ad usum Imperatoris Botaniatæ, inquit Montfaconius, pag. 133. qui imperavit ab anno 1078. ad annum 1081. Continet Eclogas ex operibus S. Joannis Chrysostomi. Codex grandis, inquit, pulcrque charactere, ac titulis & initialibus litteris aureis exornatus. Præmittitur initio Codicis quatuor tabellæ elegantes depictæ. In prima sedet Nicephorus in throno, supraposita inscriptione: NIKHΦOPOC EN XW TW ΘW ΠIGOC BACIΛEYC KAI AYTOKPATWP O [illegible] BOTANIATHC. (At numquam Nicephorus Botaniates αὐτοκράτωρ fuit: sed Byzantij quidem Δεσπότης tantum, ut qui post eum fuere domini Byzantij: testis nummus ejus aureus in Gaza Regia: idem in Romania sive Peloponneso ✠BACIΛEYC.)

Secunda tabella eumdem stantem exhibet, cum eadem superscriptione. Adstat ei a sinistra conjux, cum simili titulo, MAPIA EN XW TW ΘW ΠIGH BA[illegible]CIΛIϹϹA KAI AYTOKPATOPIϹϹA PWμαίων. (At hæc ex solis fictis historijs nota Maria est. Nec ulla unquam Byzantij fuit aut βασίλισσα aut αὐτοκρατόρισσα.) Superne Christus coronam utrique imponit; qualem in nummis suis Byzantij Despotæ aut Reges Romaniæ nulli habent; nedum Δέσποιναι, vel Reginæ. Supra tabellam hi duo legimbus iambi:

Σκέποι σε Χριστὸς εὐλογῶν, Ῥώμης ἄναξ,
Σὺν βασιλίσσῃ τῇ παναγεστάτῃ.

Protegat te Christus benedicens, o Romæ Rex!

cum Regina nobilissima. (Dictum absurde & falso: neque enim Romæ Rex fuit, sed Byzantij Despota tantum; in Romania minore, Rex.)

In quarta Tabella, medius Imperator, cum epigraphe eadem ac superius, stat inter S. Joannem Chrysostomum, & S. Michaëlem, cujus hæc superscriptio est: Ο ΑΡ ΜΙ Ο ΧΩΝΕΙΑ: hoc est, ὁ ἀρχάγγελος Μιχαὴλ ὁ Χωνιάτης. Pag. 422 narratio est sancti Michaëlis ἐν Χώναις. Fictum est ex primi nomen Χῶναι; in pseudosynodo Photij Χώνη: ex Hebræo חנא: zelare. Quoniam Μιχαὴλ ὁ ὢν ἐν Χώναις ex Hebræo derivatum significat, Quis ut Deus in æmulando, in zelando? Quis ut Deus igitur? ὁ ἀρχάγγελος ~~Princeps~~ Princeps Angelorum, ὁ Χωνιάτης, zelotes. Christus utique hic est. Ex nomine Χῶναι fecere gentile nomen Χωνιάτης, ex Hebræo חנן-אב חנא: zelans peccatores: hoc est, infestans peccatoribus. Inde est & Nicetas Choniates, fictum nomen, ut significetur,

Nicetas } Christus
Choniates } zelo infectus peccatoribus.

Nicetas ab νη derivatur ex חנן-אל חנא: at Christum significet, Qui pernutiet peccatores. Choniates, ut dictum est proxime.

In quatuor tabellis vultus Nicephori dissimilis est, quamvis eundem ubique affirmet esse Montfalconius: at certe vestitus est longe diversus in singulis. In quarta crucem gestat in pectore, ex lapillis, ut in occidente Episcopi; & unciones ex auribus pensiles, quæ duo insignia in tribus prioribus imaginibus absunt. Plura non vacat excutere.

234. Pag. 143. Codex XCIII. libros habet Nicephori CP. adversus Iconomachos; & inter ceteros librum antirrheticum & confutationem

ineptiarum, quas impius Μαρκιωνᾶς (Constantinus Copronymus) contra salutarem Dei Verbi Incarnationem indocte & impie effudit. At nullius fuit Constantinus Copronymus: nulli Iconomachi Graeci. Μαρκιωνᾶς hic hostis Incarnationis Verbi Dei, non alius quam Iudaeus est: ficto vocabulo ex Hebraeo יהוה-דיו-ן: Occidens affligentes te. Codex hic bombycinus est, inquit Montfalconius, eximiae nihilominus notae, & antiquus; videlicet undecimi circiter saeculi. Fefellit eum scriba, qui scripturam saeculi (ut putavit) undecimi affimulare voluit. Vide quae de aetate chartae bombycinae diximus supervius, n. 195.

235. Pag. 155. Codex XCVIII. bombycinus, XV. saeculi. Pag. 202. Codex CXXXI. Josephi libros Rabbi scriptos, partim anno circiter 1380. alios saeculo XV. Pag. 228. Codex CCV. bombycinus, XIV. vel XV. saeculi, inquit Montfalconius. Pag. 229. Codex CLVI. bombycinus, omnino recens; Olympiodori in Gorgiam & in Phaedonem Platonis. Codex CLVII. membranaceus, XIV. vel XV. saeculi: Aristotelis Organon, Categoriae, Topica, &c.

236. Pag. 230. Codex CLXI. bombycinus, XIV. vel XV. saeculi: Aristotelis magna Moralia, Ethica ad Nicomachum, &c. Fuit olim Laurae cuiusdam Athanasii in monte Athω, & τῶν καμνοχρεώνων, ut in primo & in fine scribitur. Atque sub anathematis poena interdictum est Graecis sacerdotibus & Monachis libros exscribere Philosophicos. Ejusdem Laurae alia multa opera Astronomica, Musica, Philosophica, fuisse ibi dicuntur.

237. Pag. 240. Codex CLXXXV. inter antiquissimos & praestantissimos computandus, complectitur Opera S. Cypriani (Latine.) Est uncialibus characteribus quadrato descriptus sexto vel septimo saeculo, ut exi-

stimant periti. Folia 1. 2. & 3. recenti manu descripta sunt, ad supplenda ea, quæ avulsis aliquot foliis initio deerant. Character ille vncialis eiusdem formæ & ævi est, atque codex noster Evangeliorum; hoc est, seculi decimi quarti.

238. pag. 250. Codex cc. membranaceus, qui fuit anno 1640. Iesuitarum Cadomensium, Evangelia continet &c. Folio 1. verso, in ima pagina Hæc leguntur; sancti Ludovici tempore scripta, inquit Montfauconius. Eltham Alahu Imperator Tartarorum: ejus filius Elcham Apugan; qui duxit filiam Michaëlis: & baptizatus est, & multi alii.

Fictu nomina:

Eltham Alahu Apugan Imperator Tartarorum: } Maledicet occidentibus se Christus ipse Rex Iudæorum:

Elcham Apugan Michaël } Dividet occidentes se Iudeos Christus.

Eltham fictum nomen est ex אלתה-הם. Alahu ex אל-הוא. Elcham, ex חלק-הם. Apugan ex חגה-הזה-אל: vt Iudæum significet, Qui adhuc removet gratiam, hoc est, Christum & Evangelium. Nonnisi ad complendam arcanam sententiam, inservi nomen Michaëlis oppressit. Cetera ex antedictis sunt plana.

Folio 2. in summa pagina, Ioannes Pomstrus: vt hoc significetur:

Ioannes Pomstrus } Christus affliget conterens abscondentes se,

Iudeos vtique, qui velaverunt eum, Luc. XXII, 64. Fictum pseudo Pomstry nomen ex פור-הפח.

Infra vero: Cum Romana: (sic) Anno Domini MCCLXIX. itaque in æstate illius anni fuerunt ad dominum Regem. Et in hieme sequente venit alius nuncius ab eodem Michaële ad eumdem Regem. Quod, Cum Romana, non otiose ibi positum est, etsi per se nullius sensus, si Latine intelligitur: Sed ex Hebreo גלי-דעי-דוב si derivetur, Christum designat, Qui inimicos prius affliget.

In ima pagina: Michaël in Christo Deo fidelis Imperator & Moderator Romæorum; Ducas Angelus Comnenus Paleologus (sic) & novus Constantinus, semper Augustinus, Serenissimo domino Ludovico illustrissimo Regi Francie, &c. Quæ sunt verba, non sunt mendacia. Nullus Byzantii Despota Michaël fuit: nec si foret, Latinè scriberet. Nullus ibi vel Imperator, vel Moderator Romæorum: Testes nummi, qui Βασιλεὺς Ῥωμαίων fecerunt a Despotis Byzantinis. Novus Constantinus in acclamatione dicebatur a subjectis: at non ab ipso Principe. Semper Augustus dictum perabsurde; nec fuit a Græcis unquam usurpatum in sinceris monumentis. Omitto jam alia. Quomodo vero hic liber Regi (si huic titulo fides) donatus, potuit ad D. Prer Savigny pervenire, qui eum Jesuitis Cadomensibus dono dedit?

239. Pag. 251. Codex bombycinus XV. sæculi, Damascenj quædam opera. Ἰωάννου τοῦ ὑπομνηματογράφου τῆς ἁγιωτάτης τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας διακόνου Ἰωάννου Χρυσοκεφάλου τοῦ Ὁλοβώλου.

Diaconus	Judæos
Joannes	Christus affliget:
Chrysocephalus	Christus
Holobolus	maledicet Judæis.

Chrysocephalus, ridiculum viri nomen ex χρυσὸς & κεφαλὴ hic derivatur ex קרא-טוחן-אלה: vt Christum significet, qui clamantes (Tolle, tolle, crucifige:) deridebit adhuc maledicens. Holobolus similiter fictum nomen est ex אלה-אבד-עולה: vt Christum significet, qui maledicet volantibus sacrificia, hoc est, Iudeis.

240. Pag. 272. Codex CCXIII. membranaceus. Ἐξ ἀρχῆς &c. Scriptus est Euchologij liber, & absolutus est mense Augusto, Indict. 10. anno 6535. (qui fuit Christi 1027. cum nondum Indictio excogitata esset, nec annus mundi in vsu.) Et possidetur a Strategio presbytero magnæ Ecclesiæ. Fictum nomen, quod nemo parens sanus Dei filio pateretur. Christus est,

Strategius presbyter magnæ Ecclesiæ } qui absumens se conteret removentes se seniores magnæ Synagogæ.

~~Strategius~~ Strategius hic fit ex סגר-חתך-אלה.

241. Codex CCXV. bombycinus. Typicum sanctæ Sabæ. Ἐτελειώθη &c. Absolutum est hoc Typicum manu mea peccatoris Ioannis sacerdotis Alecæ, ἱερέως τῶ Ἀλήκη, sumtibus & ope domini Papæ Lezardi. Anno 6868. Indict. XIII. Iunij 15. (qui Christi fuit 1360.) Vilis sacerdos Ioannes Alecæs testis: ὁ τελὴς ἱερεὺς Ἰωάννης Ἀλήκης μαρτυρῶν.

Ioannes sacerdos Aleteles } Christus affliget sacerdotes Iudæos.

Ἀλήκης fictum nomen est ex עקר-חלא: vt Iudæum significet, qui Christum afflixit.

242 Pag. 273. Codex CCXVIII. membranaceus, sexti sæculi, inquit. Officium Græcorum mense

Augusto. Fol. 191 altera pars officij Græcorum mense Augusto, recentiore manu scripta. Dic eadem manu; sed jam defessa coactam exhibere scripturam. Ob id aliud adhibuit alphabetum & ~~posteriorem~~ atramentum.

243. Codex CCXIX. membranaceus, XIV. circiter seculi. Ἰωάννου μοναχοῦ τοῦ Ζωναρᾶ, &c.

Ioannes monachus Zonaras } Christus affligens Iudeos fornicatoribus insectatur.

Zonaras fictum nomen est ex חזר-חזר.

244. Pag. 389. Codex CCLXXVI. membranaceus. Fuit Lauræ sancti Athanasij in monte Atho, in Catechumenis, ibi repositus per Sophronium monachum, vt dicitur fol. 271. verso. Incredibile est, quot manuscripti codices Græci hujus Coisliniani Bibliothecæ rarae subnotationem exhibeant. Affectatum id haud dubie eo fine, vt nemo deinceps miretur, nullos jam similes codices in monte Atho reperiri; exhausto monte scilicet a Latinis: Patres addidere ~~eam~~ rarae notam artifices suis codicibus. Hoc Hoc monasterium, inquit Montfaconius, pag. 252. aliquando simpliciter Laura vocatur, & sancta Laura. Recentior appellatio, si tamen est vera, S. Athanasij est. Vt vt est, ex tam multis similibus subscriptionibus, credas ibi Bibliothecam fuisse ingentem, eamdemque direptam a Turcis, & Francis dissipatam.

245. Codex CCXXV. bombycinus, XIV. seculi. Fuit olim Monasterij Constantis, vt in fine scribitur. Est autem Monasterium Constantis in monte Atho, inquit Montfaconius, vt in Palæographia diximus, libro 7. vocaturque hodie Castamonith: vt in Codice

cccvi. qui scriptus est anno 1549. sine anno mundi, sine Indictione. Quis autem credat ex Constantini nomine alterum Castamonitæ factum esse?

246. Codex XXII. membranaceus, XI. sæculi, inquit Montfaconius, pag. 66. In fine recenti manu legitur; τὸ βίβλος &c. Hic liber est divini & sacri monasterii Magni Nicolai, quod cognominatur Stauronicete. Sic & pag. 301. pag. 139. & 140. τῶ ἐστίχλιν, qui cognominatur. At Comnenus Mediues, in Descriptione Montis Athos, Palæographicæ pag. 496. id nomen esse dicit Monasterio; Templo vero, S. Nicolai, Myrorum in Lycia Episcopi. Verum Σταυρονικήτης, cum Victorem per Crucem significat, Christo vni convenit, non Nicolao.

247. Codex CCCLXVII. membranaceus, XIII. vel XIV. sæculi, inquit Montfaconius, pag. 564. Fuit olim oraculi seu Capellæ S. Petri Athonitæ in monte Athos, vt in principio dicitur. In Descriptione montis Athos, Palæogr. Græcæ pag. 455. reperio ἀσκητήριον τῦ ἁγίυ Πέτρυ τῦ Ἀθωνίτυ: oratorium non reperio.

ΕΠΙΛΟΓΟΣ.

Cum in his igitur subscriptionibus omnibus, quam vis diversos, maximeque dissitos inter se Notarios, Scriptores, sive Calligraphos præferant; idem omnino stilus, idem ingenium, ars eadem in confingendis nominibus manifeste appareat: quis deinde dubitet, fuisse gregem quemdam improborum earumdem subscriptionum artificem; cujus interesset credi, codices illos ejus ætatis esse quam illi præ exhibent? illæ subscriptiones

exhibent? Omnes ea Hebraïcas, hoc est, Latinas Græcasve voces ex Hebræo derivandas jmmiscent: Constant ea omnes sententijs, quæ Christum exhibeant jn supremo judicio vltorem sutarum jnjuriarum sibj a Judeis illatarum: Judæum vero ex breuj atque jn Christum gentesque jnuto jngenio describant. In derivandis deinde ex Hebræo nominibus omnes eadem leges sequuntur, quas jnitio ex parte prosumus. Maximam omnes ostendunt diligentiam jn consignandis annis ab orbe condito: quem Græcorum morem fuisse finxit cohors jmproba, vt Chronologiæ de Versionj septuaginta (vt vocant) Interpretum, quæ ex eadem officina prodijt, tanto subscriptionum numero auctoritatem conciliarent. Omnes similiter jn Indictionibus consignandis jnsignj fuit diligentia: quod tamen jnventum est seculj duodecimj jn finem vergentis; sed Constantino Magno attributum, vt ex Constantinopolj aduecta jn Occidentem sexto tandem seculo existimetur; cum nondum esset explorata certaue, vtj mentiuntur, æra vulgarj a Christj ortu: Id enimvero argumentum peculiarj dissertatione tractauimus. Quoniam nec popularij traditione, nec eruditorum saltem consensu de antiquitate ac veritate constaret monumentorum, quæ vetera credj voluere; decreuisum est jmprobis artificibus jndigere ea tot falsis jndicijs, ac testimonijs. Aliquj fructus hæc libris ~~ver~~ fere singulis tanta sollicitudine adderentur.

Cur autem pro subscriptionum omnium argumento assumptum est judicium supremum, quo Christus Judæos suæ neïs auctores æterno damnaturus supplicio est? Nam super eo hic sentio

satisfieri sibi velle legentes. Sua siquidem impiam cohortem hypothesis impia ad id adegit. Cum enim Deum verum nullum agnosceret, nullum Numen præter rerum Naturam; ac nihilominus, quotidem inter Christianos degeret, quos fallendos, atque in suam impietatem pertrahendos susceperat; futuram resurrectionem ac judicium consequutorem de bonis ac malis, cogeretur confiteri; hanc quoque ipsam naturalem esse, hoc est, ingenitam a Natura hominibus cognitionem esse, necesse fuit ut prædicaret: idque ita se habere certis a Natura positis judiciis comprobaret. Ad hujus igitur rei fidem faciendam nihil est visum aptius, quam si ostenderet, viros omnes litteratos, sive de rebus profanis, sive de divinis scriberent, subinde, immo ubertim, hanc fidem in suis scriptis profiteri: vocibus plurimis, ac propriis præsertim nominibus, cum illa ex lingua Hebræa derivanturi quoniam est ea lingua, inquiunt, hominis naturalis; & in omnibus linguis, maxime vero Græca & Latina, vestigia illius apparent, ad illud in primis supremum judicium repræsentandum idonea. Ceterum sententiæ subscriptionem in his Codicibus, parum immutatæque aliis aliis de eo judiciis sunt. Et ex eo consequitur, naturalem quoque dici ab eadem impia schola, cognitionem passionis ac resurrectionis Christi, saltem ingeniosioribus. Connexa sunt enim & cohærent invicem hæc christianæ religionis placita. Ex cur sententias de hoc argumento innumeras suis illi scriptis insperserint:—

De ætate Bibliothecarum vide Annotationem nostram in Conc. VIII. anni 869. Et Tractatum nostrum de Thoma Aquinate, pag. 137. & segg.

Appendix

De raritate quorundam librorum manuscriptorum.

Mira quorundam librorum manuscriptorum raritas est; adeo vt vnicum nonnullorum in toto orbe exemplar; de illud in Gallia nostra fere, vel in Italia, Germaniave sit. Vnde illud autem fieri contigit, nisi quoniam ibi condita sunt omnia; ex his autem vel propter scribendi difficultatem, vel propter ementium contemptum, neglecta sunt haud pauca; solumque superest exemplar primigenium.

Manuscripti in toto orbe vnici, aut pene vni.

Augustini, de Genesi ad litteram liber imperfectus, in Bibliotheca Vaticana sola.

Collatio Carthaginiensis, in Bibliotheca olim Thuana, nunc Colbertina sola.

Arnobius & Minutius Felix, in Bibliotheca Regia.

Lactantius, de Mortibus Persecutorum, in Bibliotheca Colbertino: allatus ex Monasterio Moissiacensi, olim O.B. in Aquitania.

Clementis Alexandrini Stromata, in Bibliotheca Magni Ducis Hetruriæ: vnde in hoc Collegio habemus transscriptum exemplar.

Origenis quidquid est Græce in Evangelia, το Φιλοκαλία, in Bibliotheca Regia.

Epistola Chrysostomi ad Cæsarium Latina: in Bibliotheca Florentina.

Vigilij Papæ Constitutum, in Bibliotheca Colbertina sola.

Eiusdem epistola Decretalis contra Tria Capitula, in Bibliotheca Regia.

Volumen epistolarum, quas Romani Pontifices miserunt ad Principes & Reges Francorum, editum a P. Gretsero S.J. anno 1613. ex Bibliotheca Cæsarea, vide Lambecium, tomo 1. pag. 62.

Nicephorus Callistus, in Bibliotheca Cesarea. ~~Vide Laudunum, ubi mira de Scripturis Canonicis exaggerat in Ap.~~ Vnicum exemplar Ms. in orbe toto Bruæ fuit, in Bibliotheca Matthiæ Corvini regis Hungariæ: vnde ereptum a Turcis venijt CPi, perveniitque demum in Bibliothecam Cesaream.

Lupi Ferrarienſis epiſtolæ.

Theodoreti Commentarij in ~~Pſalmos~~ Paulum. Manuſcriptus hodie codex aut nullus, aut vnicus.

Sulpicij Severi } nullus ~~extat~~ nunc ſupereſt. manu
Velleij Paterculi } ſcriptus codex.

Euſebij Cæſarienſis Demonſtratio Evangelica: manu ſcripti Perrarij: omnes deſcripti ex Regio codice.

Synodicon Epheſinum, in Monaſterio Caſinenſi.

Lupi Ferrarienſis epiſtolæ.

Pelagij Papæ ad epiſcopos Iſtriæ.

Durandus Troarnenſis, ex Ms. D. Bigot Rotomagenſis.

Geſta purgationis Felicis Aptungitani Epiſcopi, in Bibliotheca Colbertina.

Lucas Tudenſis, quem Mariana S.J. edidit.

Hilarij fragmenta, apud Pithoeum, eaque in papyro, ſeculi XV.

~~Varentini Epiſtolæ duæ in Bibl. Alexandrina, Londini.~~

Synopſis Veteris ac Novi Teſtamenti, inter Opera Athanaſij, ex vno omnino manuſcripto eſt.

Irenæi codex Græcus Ms. in vniverſo orbe nullus eſt: Voſſij Latinus ex noſtro codice videtur deſcriptus: eſt enim ſimiliter liber 5. magna parte in fine mutilus.

Abælardi Introductio ad Theologiam, in ſola Bibliotheca Victorina.

Libri ſecundi, Concilij Aquiſgrani, anno 816. vnicum exemplar eſt, illudque in Bibliotheca Colbertina: niſi forte & alterum ſit in Eccleſia Autiſſiodorenſi.

Canones Fruniofordienſes, in ſolo Codice ſancti Remigij, teſte Sirmondo.

Auguſtini Opus Imperfectum contra Julianum: Ejus operis tres tantum manuſcripti in toto orbe: Premonſtratenſis, Pariſijs: alter Clarevallenſis: tertius in Carthuſia Portenſi, unde poſtea tranſlatus eſt in Magnam Carthuſiam, cum alijs manuſcriptis.

Auguſtini libronum de Vnitate Eccleſiæ, duo tantum Mſſ.

Cyrilli Hieroſolymitani rari ſunt admodum Mſſ.

Epiphanij codex Mſ. vnus eſt in Bibliotheca Regia, charta-ceus, recens, mendoſus. Vaticanus alter, cujus ætatem neſcio. Alij in toto orbe nulli.

Anthologia Græca; in Bibliotheca Heidelbergæ exemplar authenticum aſſervatur: unde aliud deſcriptum exſtat in Bibliotheca Regia.

Catullus, ex vnico primùm Mſ. repetito in Gallia, teſte Volaterrano, & eo qui poſt ipſum edidit.

Longini, de ſublimi dicendi genere, Græce: nuſquam niſi in Bibliotheca Regia.

Quintiliani Inſtitutiones Oratoriæ, ex ſolo Mſ. San-Gallenſi; ex quo vnum eſt deſcriptum exemplar ante annos ducentos, quod eſt in Bibliotheca Colbertina n. 1217.

Canones quindecim Græci contra Origenem, in quarta Synodo editi, in ſola Bibliotheca Viennenſi.

Clementis Papæ epiſtolæ duæ ad Corinthios Græce, in ſolo manuſcripto Codice, quem vocant Alexandrinum, in Bibliotheca Regis Angliæ.

~~Conſtitutiones Apoſtolicæ, eidem Clementi attributæ, in ſolo codice manuſcripto, quem Patricius Turrianus e Societate Jesu edidit Venetijs, 1563.~~

Miſſa Gallicana vetus, ex Bibliotheca Florinenſi, nunc in Vaticana.

Concilium apud Clovesho, anno 747. ex vnico exemplari Saxonico chartaceo, in quo Spelmannus.

INDEX.

A

Abbas. n. 2.
Adamj octava. 136.
Ἀδριανός. 72.
ἀεταν̃ηγος. 81.
Aëtij ciſterna. 84.
ἁγίος. 174. Vide Hagiopwcopita.
Ἁθωνῶν. 117.
Albanites. 172.
Aletes. 241.
Alexandrinj codicis ſcriptura. 222.
Alexius. 96. 148.
Alphabetum Græcum Latinæ manus. 196.
Alphabetum Norvagicum.
Alphaza. 96.
Amira. 147. Amiras. 212.
Anaſtaſius. 6.
Andreas. 144. 157.
Andronicus. 100.
Anna. 147. Ἄννης. 22.
Antigonus. 89.
Antonius. 36. 39.
ἀποιχόμενος. 214.
Aprilinarius.
Apoſtolius. 191.
Archicpiſcopus. 8.
ἀρχιερεύς. 10.
ἀρχιστρατηγός. 5.
Aretas. 8.
Arias. 168.
Arſenius. 220.
Aſtro. In Aſtro. 154.
Athanaſius. 78. 87. 89. S. Athanaſij Laura. 244.
Athos mons. 224. 225. 244, 245. 246. 247.
Atramentum ſervans nigrorem ſuum. 14.
Atrupes. 170.
Auguſta. 197.
αὐθέντης. 207.

B

Bahanes. 8.
Βαϊοφόρος. 154.
Ballelujum. 18.
Banures. 45
Barſanes. 151.
Bartholomæus. 57.
Baſtzane. 42.
Baſilacas. 97.
Βασιλεὺς ſolj zeges. 212.
βασιλικός. 90.
βασιλικὸν χλωρον. 134.
Baſilius. 42. 62. 77. 185. 218. 219.
Baſilius Deſpota. 50.
Βεγ. 102.
Βέγης. 13.
Bombycina charta. 195.
Botaniates. 233.
Brachianus. 30.
Brontochæus. 97.
Brullj. 214.

C

Caÿbites. 143.

Cantacuzenus. 127. 130.
Cerularius. 31.
Characteres libri Prophetarum. 228.
Characterem seculi XI. imitatus. 203.
Chariton. 115.
Chartæ ex pannis. 195.
Chartophylax. 134.
Choniates. 233.
Christodulus. 212.
Christophorus. 166.
Christus regnat. 5.
chrysocephalus. 239.
Chrysococca. 161.
Chrysolora. 55.
Cinnamus. 90.
clemens. 11. 59.
Climaci scholia. 150.
Cœnobiarcha. 2.
colonia. 29.
Constantinus. 31. 35. 42. 66. 73. 134. 170. 217. 227.
Constantinus Ducas. 22.
Cosmas. 117. 149. 209.
Cubiculesius. 19.
Cum Romana. 238.
Cypriani opera. 237.
Cyranides. 86.

D

d pro δ. 228.
Δαλασσηνὸς. 22. Dalassenus. 79.
Demetrius. 37. 117. 179.
δευτερεύων. 20.
Diaconus. 19. 71. 161. 183. 199. 232
Dio Chrysostomus. 111.
Dionedes. 38.
Dionysius. 100.
Dioptra. 47.
Dioscorides. 1.
Docianus. 111.
Doxapatris. 199.
Drungarius. 13.
Ducæna. 198. 201.
Dux Obsequij. 21.

E

E pro αι &c. 228.
ἐκκλησιάρχης. 183.
ἐλάχιστος. 11. 36. 41. 53. 71. 114.
Elcham. 238.
Eltham Alaku. 238.
Enclistra. 42. 150.
Ephrem opera. 25.
eremita. 50.
Eudocia. 42. 86.
Eudocia Maurembolitissa. 197
Eulampius & Eulampia. 56.
Eusebius. 2.
Eusebij Præparatio Evangelica. 120
Demonstratio Evangelica. In Append.
Euthymius. 28. 46.
Eutychius. 3.

F

F pro φ græca. 229.
Ferdinandus. 168.
Fredericus. 76. 91.

G

Γαλτήριος. 102.

Ganthon. 166.
Garin. 213.
Genearpullus. 207.
Geneſius. 88.
Georgius. 10. 13. 19. 26. 40. 78. 101. 104. 136. 147. 154. 158. 161. 166.
Generdus. 171.
Genſimus. 59. 83.
Germanus. 82.
Gothia. 96.
Γραμματικός. 90.
Gregorius Nazianzenus. 5.
Γράφις. 76.
Græca ó ſ. diſſentit a Vulgata. 228.
Græci Calabriæ & Siciliæ aliter Græce ſcribunt. 207.
Graphis. 130.
Γυναικεῖα. 75.

H

Hagioprocopita. 144. Vide ἁγίᾳ.
Harmenopulus. 227.
Helenæ data Crux inventa. 205.
Helias. 29.
Hepidamus. 4.
Hieraca. 26.
Hieromonachus. 73. 82. 83. 112. 115. 151. 181.
Holobolus. 219.
Homerocentra. 197.
humilis. 33. 51.

Θ

Θεοφιλ. 13.
Θεοτόκος. 36. 50. 74. 75. 115. 174.
Θεοφύλακτος. 15.
Θεσσαλονίκην θέμα. 30.
Θύτης. 136. 144. 164.

I.

IAMBEIPNN. 206.
Ἰέραξ. 50.
Ἰερεύς. 185.
Ignatius. 100. 112. 115.
IC. XC. NIKA. 5.
Incluſus. 78. 150.
Indictio, ἐπινέμησις. 204.
Joachim. 112. 151.
Joannes. 1. 11. 22. 25. 38. 41. 53. 58. 65. 67. 79. 86. 90. 96. 139. 147. 150. 172. 173. 189. 190. 214. 215. 239. 241. 243.
Jonas. 25.
IONIA. 197.
Joſaph. Joaſaph. 117. 130. 142.
Joſeph. 207.
Joſephus Judæus. 234.
Irenæ. 67. 147. 201.
Irenes Typicon. 198.
Iſidorus Peluſiota. 16.
Iſmenias & Iſmene. 156.
Juliana. 1.
Juſtus. 112.

K

Καλλιγράφοι. 26. 42. 104. 218. 219.
Καλοειδᾶς. 172.

Καλοκύρω. 9.
Καλοσίπω. 104.
Καλοφρενά. 164.
Καμήλω. 117.
κληρικός. 27.
κοιτωνίτης. 41.
Κρήλη. 1.

L

Larbandenus. 42.
Λατρῶς. 174.
Laura. 40. 52. 244.
Laurentius. 36.
Lazarus. 28.
Leantinus. 144.
Lector. 26. 73. 77. 93. 173. 186.
Leo, Iudaeus. 56. 68. 90. 210. 215.
Leo, Christus. 42. 213.
Leontius. 23.
Λέοντος. 27. 68. 69.
Λιῶ. 226.
Lepentrenus. 100.
Levita. 153.
Libri Graeci scripti in Occidente. 228.
Lingus. 82.
λογοθέτης 160. 210.
Longinus. 85.
Lucatij. 215.
Lucas. 18. 56.
Lucheda. 99.

M

Magistri. 186. 214.
Magula. 73.
Μακρεμβολίτισσα. 197.
Malacurun. 215.
Malcinus. 57. 207. 213.
Μαρωνᾶς. 234.
Manuel. 40. 55. 62. 71. 126. 187.
Mss. Graeci codices quot in orbe. 223.
Mss. vnius vel nary. In Append.
Marcus. 114.
Maria. 209.
Maria regina. 233.
Maronites. 213.
Manclabe. 56.
Manclabita. 65.
medicus. 117.
μεγάλω. 183.
Meletius. 50.
Μέλητος. 123.
mendicus. 147.
Mercurius. 18.
Metrophanes. 74.
Michaël. 13. 24. 31. 33. 85. 62. 76. 79. 174. 191. 238.
Michaël Archangelus. 283.
Miserrimus. 131.
Monachus. 22. 23. 28. 29. 31. 36. 46. 47. 50. 52. 54. 59. 78. 86. 127. 149. 209. 219. 243.
Monasterium. 11. 26. 28. 30. 38. 50. 54. 56. 57. 59. 74. 75. 97. 112. 150. 174.

Monembasiotes. 23.
Monomachus. 31. 35.
Moschopulus. 187.

N

Nathanaël. 1.
Nicephoro regnante. 12. 232.
Nicephorus. 13. 52. 93.
Nicephorus Aug. 193.
Nicephorus Cp. 234.
Nicetas. 13. 67. 233.
Nicolaus. 56. 57. 58. 86. 105. 123. 186. 207. 214. 215.
Nicon. 25.
Nilus. 16. 181.
Nobuno. 26.
νομικός. 97.
Nomachlomus. 117.
Nomocanon. 199.
νομοδιδάσκαλος. 25.
Nomophylax. 199.
νοσοκόμος. 1.
notarius. 8. 62. 70. 199. 213. 227.
Novus Constantinus. 238.

Ξ

Ξένη. 47.
Ξένοι. 1. 139.
Xiphilinus. 46.
Xylala. 54.

O

Obsequij Dux. 21.
ὀδηγία. 208. 209.
ὀδηγῶν. 36. 112. 115.
Ὀσιάτη. 13.
Orlantus. 185.

P

Pachomius. 172.
Pacurianus. 21.
Pagiazites. 147.
Palæologus Manuel. 55.
Pal Παλάμα. 34.
Pamphilus. 2.
Panaretus. 149.
Panhormus insula. 39.
Papa. 186.
Pappadopulus. 168.
Paschalis. 57.
Patira, Monast. 208. 209.
patriarcha. 31. 35. 67. 199.
patricius. 13. 21.
Paulus. 16. 34. 52. 174.
peccator. 11. 25. 36. 46. 47. 51. 67. 68. 83. 87. 88. 93. 100. 114. 117. 157. 172. 227.
Petra, monasterium. 64. 160.
Petrus. 213.
φιλή. 62.
Philippus. 210. 213.
Phlemmenus. 40.
Phrumundus. 209.
πλοῖα. 13.
Porastius. 238.
Porphyrogenita. 31. Porphyrogenitus. 35.
Protector Petræ. 160.

presbyter. 10. 11. 15. 23. 34. 37. 41. 42. 58. 215. 217 218. 242.
Prespinus. 86.
primus. 186.
πρωτοπαίδοκομος. 10.
Protonobilissimus. 207. 212.
πρωτοσπαθάριος. 199.
πρὸ τοῦ σπαθαρίου. 9. 13.
Protoscriarius. 13.
Pyropulus. 148.

R

Ῥαδηνῶν. 38.
Ῥαδλ. 60.
Regnante Christo. 42.
Rhosas. 190.
Rogerius. 45. 212.
Ῥοχονιάτ. 57.
Roscana. 209.

S

Sabas. 32.
Σαλομών. 228. 229.
Σάμος. Τῆς Σάμ. 21.
Scala Climaci. 150.
Scaliger. 62.
Scaptus. 4.
Scribendi forma duplex 202.
Sedulius Scottus. 4.
Senator. 76.
S. Sepulcri sigillum. 5.
Syuropulus. 179.
Silvester. 183.
Σιγχῶ. 30.
Sisinnius. 10.
Σκευοφύλαξ. 160.
Σολομῶντος. 70.
Σοφίας ἁγίας Ecclesia. 122.
Sophronius. 96.
Σταφίδας. 139.
Stephanus. 160.
στρηφόρος. 200.
Strategus. 240.
Στρατηγοί. 21.
Stylianus. 9.
Στύλ. 174. 207.
Suidas. 154.
Symeon. 111.
Synaxaria. 3.
Syropulus. 179. 183.
Σωτῆρος. 48.

T

Ταβουλάριος. 104.
τάλαντα. 99.
Ταχυγράφοι. 93.
Tartarorum Imp. 238.
Tatianus. 136.
Terroës. 207.
Theodorus. 52. 97. 111. 130. 136. 153.
Theodosius. 44. 54.
Theodulus. 67.
Theologus. 46.
Theopemptus. 26.
Theudates. 21.

τιμία. 52.
de Toco. 185.
Trilinius. 105.
Trinitas vnitas. 228.
Typicon Irenes. 198.
Tzudricus. 24.
Tzycandyles. 126.

V

Vrsianam. 209.

Φ

φορολόγοι. 220.

X

χαρταβιάνοι. 2.
χωριτῶν. 104.

Z

Zacharias. 13.
Zelotes Dei. 233.
Zoè. 31.
Zonaras. 243.

Ω

ὦτοις ξένοι. 9. &c.

ATLANTICA
PLATONIS INSVLA.

Quæ sit a Platone descripta Atlantica insula, tum in Timæo, tum in Critia, controversum est dudum inter eruditos; nec necdum sibi quisquam, opinor, aliis certe nemo satisfecit. Ænigma solvere nos hic ὐπὲρ ὅσιον aggredimur.

Fingendæ illius insulæ acceptæ occasio est a pseudo Platone, ex gemino Plinij loco, sed utroque prave intellecto. Prior est e libro secundo, sect. XCII. ubi abstissam violentia maris partem continentis fuisse refert ex vero Platone, qui penitus interciderit: hoc tantum. In totum, inquit, mare abstulit terras; primum omnium, ubi Atlanticum mare est, si Platoni credimus, immenso spatio. Terrarum nomine continentem Plinius intelligit, ut sect. XCI. Et ex sequentibus exemplis manifestum est, continentem ab eo, non insulam, designari: Nec terram ipsam, quam mare abstulit, Plinius dicit aliquando aut Atlanticam appellatam, aut insulam fuisse; sed mare dumtaxat, ubi terra fuit vi maris abstissa, ob vicinitatem montis Atlantis, fuisse Atlanticum appellatum. Denique dubiam super ea re fidem Platonis ipsius esse, haud obscure significat.

Alter locus est e libro Plinij sexto, sect. VI. pag. 248. Traditur, inquit, & alia insula contra montem Atlantem, & ipsa Atlantis appellata. Sed hanc ille prodidit modicam esse insulam, nec a satis certis locorum indagatoribus traditam.

Tamen occasione utriusque illius loci, sed perperam, ut diximus, intellecti, ficta est in gemino sulci Platonis dialogo, Timæo nimirum,

& Critia, fabula inſulæ Atlanticæ eſt. Quanquam nec proprie fabula eſt, ſed vos, vt ipſe admonet, ſed ἀληθινὸς λόγος, hiſtoria quædam tamen vera, ſub allegoria nominum, ænigmaticiſque nominibus, ad alienum, hoc eſt, ad Antediluvianum tempus tranſlata mendaciter.

Nihil enim eſt aliud Atlantica Platonis inſula, quam Iudæica Reſpublica vetus, quæ fuiſſe dicitur ante diluvium ab eo fingitur; ad ſimilitudinem fere illius, quæ reipſa fuit inſtitutore Moſe. Ea autem Inſula nominatur, ex imitatione Iſaiæ prophetæ haud dubie; qui Iudeam inſulam vocat, cap. xx, 6. Fabulæ igitur iſtius ſenſus vt pateſiat, ordiamur a Dialogo, qui inſcribitur, Κριτίας, ἢ Ἀτλαντικός; quoniam in eo prolixior & magis explicata deſcriptio inſulæ Atlantidos eſt.

Κριτίας, ἢ Ἀτλαντικός.

Tituli ſenſus hic eſt:

Κριτίας } Iudicabit Chriſtus
Ἀτλαντικός } Iudæos.

Κριτίας obſ derivatur partim ex Græco κριτὴς, partim ex Hebræo דין Deus, qui & Chriſtus. Ἀτλαντικὸς, ex עקה-ענה-תלה-ה: vt Iudæum ſignificet, qui ſuſpendens affligebat affligentes ſe: vt Chriſtum ipſum.

Pag. 108. E. edit. Joan. Serrani. Primum igitur illud memoria tenendum, ſummam eſſe annorum novem milliam, ex quo bellum eſſe traditum eſt, inter eos omnes, qui vltra, & eos qui citra columnas Herculeas habitabant; quod modo ſumes accuratius tractabimus. Annorum novem millia effluxiſſe cum dixit, ex quo

post diluvium, ~~neparapum~~ neparapum genus hominum esse, vt nunc est, decimum exceptum esse millesimum videbur velle credi, cum haec scriberet, quo scribo per similem diluvium, vel per mundi conflagrationem, novus rerum circuitus, nova conversio. & ἀποκατάστασις futura sit, quales antea innumeros processerint; ponit enim mundum esse aeternum, & hos habere reditus & circuitus, exemplo Atlantidis insulae, & priscorum Athaniensium.

Herculis columnae, Judaïsmi columnae sunt, sed fidei; quales fuere postea Urbs Jerusalem ac Mons Sion; sive quaecumque alia claustra Judaïsmi. Hercules enim ponitur pro Judaïsmo; derivato eo nomine, juxta leges ab improbo deae constitutas, de quibus dicemus in fine, ex Hebraeo, הרקלס-ערק-ה: vt Judaeum significet, Qui pensequenti se maledicebat. Nam hoc Judaicum certe ingenium est. Qui citra columnas Herculis sunt, Athenienses in hoc dialogo sunt, hoc est, gentiles: qui vltra, Judaei.

Ibid. Horum igitur, qui citra sunt, duae fuit hae civitates, & ~~omne~~ omne bellum dicitur confecisse. In illis autem, qui vltra columnas sunt, insulae Atlantidos reges imperium tenebant. Judaïsmi decem inferius nominandi, Reges ii sunt Atlantidis, hoc est, Reipublicae veteris, sed fidei, Judaicae. Atlantis enim, vt nomen femininum pro Republica Judaïca est; derivato nomine ex Hebraeo, הרמלס-הלת-ה: vt Judaeum significet, Qui suspendebat afflictiones se. Suspensio, sive cruciatus, supplicium Judaïcum fuit, vt notum est omnibus.

Ibid. Quam quidem insulam Libyae & Asiae majorem esse alibi diximus. In Timaeo, pag. 24. Libyam & Asiam ~~propri~~ dictum, intelligi, ~~eam~~ ~~vtrumque~~ majorem Rempublicam vetera[m]. Judaicam fuisse

perhibet; quoniam ea, vt postea Iudæa, multo plures, de aliquot Regum Ditiones, qui alij esse nequirent.

Ibid. Postea vero terræ concussionibus (submersa insula) ingentem esse magnam cæni copiam, iter vndequaque obstruentem: ita vt hinc illuc altum mare petentibus, obex maximus opponatur; qui omnem navigationem impediat. Terræ concussiones, Iudææ bella sunt, quibus diu & graviter conflictata Iudaïca Respublica tandem concidit. Cænum ex concussionibus vel submersione relictum, lutulentus quidam, qui nunc est superstes, Iudaïsmus est; similis arenaria moli, per quam vlterius pergi navigatio non potest.

Pag. 109. Athenienſium autem, qui tunc erant, adversariorumque vires in primis, RESPVBLICASque, καὶ τὰς πολιτείας, & belli ordinem atque successum, exponere decet; Inpositum sibi dicit esse Rempublicam geminam describere; gentilium scilicet alterum, sub nomine Athenienſium: alterum Iudaïcam veterem & Antediluvianam, sub insulæ Atlantidis nomine. Sed nostra prius, quam quæ illorum sunt, narrabimus.

Ibid. B. Dij nimirum olim vniversum terrarum orbem singulatim sunt sortiti. Speculasse hic aliquis potest videri illud Deuteronomij, cap. xxxii, 8. Quando dividebat Altissimus gentes, quando seperabat filios Adam, Inposuit deinde finem æque Athenienſium Reipublicæ Antediluvianæ deam: sed quam nihil est necesse a nobis hic describi, siquidem nulla de ea controversia aut quæstio nunc est.

Pag. 113. A. Iam vero quales adversariorum ab initio res fuerint, vobiscum tanquam amicis communicabimus; sed antequam rese-

rum, admonendi estis, ne mirentur, si plurima barbarorum virorum nomina Græce nunc audieritis. Id enim ex eo contingit, quod Solon, cum cogitaret ea carminibus hisce inserere, vim ipsam esse nominum perscrutatus, qua primi illi Ægyptij, harum rerum scriptores, in suam linguam transtulerant; ipse in Græcam convertit. Ante eo caput pseudo Plato, quod hanc fabulam legentes possunt opprimere, sic ridiculantes. Atlanticos nobis homines commemoras; barbaros igitur, non Græcos. Unde igitur Græcis eos nominibus appellas, non barbaris? Respondet, id se facere post Solonem; qui, dum Ægyptij de his Atlanticis cum eo confabularentur, qui nomina Regum Atlanticorum in suam linguam transtulissent; eadem, vim singulorum nominum diligenter perscrutatus, in Græcam convertit. Quasi vero Ægyptij, aut de Atlantica insula, etiamsi reipsa extaret, tam enucleate disserere aut vellent aut possent; aut Atlanticorum linguam adeo callere, aut Solon ipse Ægyptiacam. Reipsa, quod iste tribuit docet, istud est: Quemadmodum Atlantis insula Respublica Iudaïca est, ita & Ægyptios istos Iudæos esse; Ægyptios autem ideo appellari, quoniam Israëlitæ nati in Ægypto, & inde sunt egressi. Simul admonet pseudo Plato, Græca nomina virorum, deorumve, quæ postea recensebit, vim & significationem referre nominum Hebræorum; ac propterea ad Hebræam originem revocari oportere; tum vtris ea & significatio agnoscatur, tum ne mendosus Solon videatur.

Ibid. B. Dijs inter se vniversam terram partitis, partim in ampliores portiones, partim in angustiores; templaque & sacra sibi

instituissent; Neptunus insulam sortitus Atlantica, Iudaismus universalis Rempublicam sortitus est Iudaïcam. Si ea quidem insula fuit, Neptuno dicari eam certe oportuit: si Iudaïca, Iudaismo universali. Propterea Ποσειδῶν, ex Hebræo sic debet derivari, יָם־חֹרֵה־עֹנֵה: vt Iudæum vel Iudaïsmum significet, qui conterere gaudebat affligendo. Hoc enim certe Iudaïcum ingenium fuit; & rem definitam ipsa accurate definitio exprimit.

Ibid. Liberos suos e mortali muliere susceptos in quodam insulæ loco collocavit. Iudaïsmos suos, ex synagoga susceptos, quæ mortalis & defitura erat, in loco optimo collocavit.

Ibid. C. Ad omnem maris, & ipso maxime insulæ medio, æquea erat planities, quæ speciosissima fertilissimaque dicitur exstitisse. Prope planitiem rursus in medio Mons erat brevis, stadijs quinquaginta distans. Campestria, qualia Iudæa fuere, speciosissima fertilissimaque, cum monte, qualis mons Sion fuit, in ea insula exstitisse fingit. Decalogum autem cum Pentateucho, ac proinde terram Iudaïcam, numeres quinarius per denarium multiplicatus, & ipse efficiens quinquaginta, designat.

Ibid. Hic a quodam eorum, qui a principio e terra sunt nati, colebatur; cui nomen Evenor. Iudaïsmus est filiorum Jacob in Ægypto: qui desidebat affligere inimicos: hoc enim est Evenor, derivato nomine ex יָגַע־עָנָה. Hi cum Jacobo patre, primi sunt velut e terra nati, auctores Iudaïsmi, hoc est, cultus veri Numinis, dum in Ægypto fuere.

Ibid. Qui ex Leucippe vxore

Clito Κλειτὼ filiam vnicam genuerat. Iudaismus filiorum Jacob, qui Ivenor, vt diximus, ex Leucippe vxore, hoc est, ex Synagoga filiorum Israël in Ægypto, genuit Clito filiam vnicam, Synagogam filiorum Israël in deserto. Leucippe, Synagoga est, quæ in Ægypto fuit: Quæ in afflictione operiebat Ꝑ: filio nomine ex חנקה-ל. Clito, Synagoga filiorum Israël in deserto: Quæ consumebat, sive perdebat peccatores; vt vitulj adorantes, aliosque. filium ob Ꝑ nomen est ex אבן-לע.†

Ibid. Parentibus mortuis, Israëlitis omnibus, qui egressi ex Ægypto fuerant, solis exceptis Josue & Caleb, in deserto mortuis; & matura jam puella; Synagoga, quæ nata Ꝑ deserto fuerat, tunc nubilj, cum jam in Terra Iuda pedem fixisset.

Ibid. C. D. Neptunus, Iudaismus vniversalis, vt diximus; ipsius amore captus, ej se misceuit. Synagogæ in terram Iuda progressæ se conjunxit. Ibid. Circumsepsitque collem, quem habitabat, fossa & aggere munivit; aquamque injecit, quæ circumquaque restagnaret. ex. vt colli his munimentis intercepti, hominibus esset impervius. Neque enim navigandj ars adhuc erat inventa. Allegorice significat Judaismum vniversalem diligenter atque omnj ope cavisse, ne qua via possent Idolatræ in montem Sion adrepere, eumque sua impietate contaminare: ob Ꝑ omne munimenti genus eundem adhibuisse contra hominum ipsorum & spurcos, quod addo, arbem navigandj nondum fuisse inventam, occupatio est, qua refellunt ij, qui opponerent, si quidem Atlantis insula fuit, potuisse ad eam navigando perveniri.

† Iudaismus & Synagoga tanquam personæ diversæ in hanc fabulam, velut in scenam producuntur.

Ibid. E. Ipse vero, vt Deus, facile mediam insulam, in qua regnum Iuda, & mons mons Sion pur fuit, exornavit. Nam & geminos ~~apud~~ duplicis aquæ frigidæ nimirum & calidæ, lacus, per subterraneos meatus jussit enumpere; jta vt ex fonte emanarent. Fictum ad delicias loci amplificandas, in quo frigida æstate, hieme calida in promtu esset ad potum.

Ibid. Tellurem autem varios copiososque fructus fruggerere: ad cibum similiter.

Ibid. Quinque preterea masculorum & leonum pubes geminos progenuit & nutrivit. Quinarius ipse numerus Iudaïsmum denotat, ob Pentateuchum, quo lex Iudaïca continetur.

Ibid. Atque omnem Atlanticam insulam in decem plagas pubibus, Iudaïcam Rempublicam in ~~spacios~~ decem ordines.

Pag. 114. A. Primogenito maternam habitationem, plagamque, quæ circa erat, amplissimam quidem & optimam sortem, hemmumque ej imperium totius insulæ attribuit. Iudaïsmo carnali tribus Iudæ, Iudaïsmus universalis montem Sion, quem hujus primogeniti mater Clito, sive Synagoga, habitabat, dedit eum circumpositæ ej regione amnis tutandum, & principatum ej totius Iudaïcæ Reipublicæ attribuit. Oportuit primogenitum in hac allegoria appellari eum, a quo nomen Reipublicæ datum fit. Est autem Iudaïca certe a tribu Iuda nuncupata. Iudaïsmus igitur tribui Iudæ primogenitus esse hic perhibetur.

Ibid. Cæteros fratres, Iudaïsmus cæteros, voluit esse principes atque magistratus multarum gentium & regionum. Suam cuique

Iudaïsmo attribuit ditionem.

Ibid. Singulis porro imposuit nomina, Primogenitum quidem vocavit Atlantem: (Iudaïsmum carnalem tribus Iuda; Qui sustinebat; hoc est enim Atlas, sive Iudaïsmus; derivatur voce ex Hebreo, תלה.) totius insulæ regem; (juxta illud Psalmi LIX, 9. IUDA REX meus.) unde & regio ipsa, & mare, quod eam circumcingit, nomina invenerunt. Nimirum regio Iudæa nuncupatur: ac si quidem insula fuit, ut fingitur, debuit mari circumcingi, quod Iudaïcum vocaretur.

Ibid. A. B. Eum vero, qui ex eodem patre statim est subsecutus, extremamque insulæ partem, quæ est ad Herculis columnas, in sortem habuit, patrio vocabulo Gadirum appellavit; cui voci Græca Εὐηνδος respondet. Gemellus iste, Iudaïsmus spiritualis est, qui fuit in tribu Iuda, prope Herculis columnas, hoc est, ut diximus, prope Iudaïsmi claustra, atque adeo in extrema insulæ parte. Distinguendi Iudaïsmi carnalis a spirituli occasionem pseudo Platoni dedit Apostolus, Rom. 2, 28, 29. ubi priorem vocat Iudæum, qui in manifesto, ob circumcisionem, quæ est in carne: alterum, Iudæum qui in abscondito, ab circumcisionem cordis in spiritu, non litteræ. Hos tanquam gemellos exhibet in hac allegoria pseudo Plato: quos brevi appellatione carnalem & spiritalem vocitamus. Gadiris Iudaïsmus est, qui succidebat inimicos; ficto nomine ex גדע. Fingi hoc nomen barbarum oportuit, ne omnia Græca finxisse Solon crederetur, si nullius e barbaris nominibus meminisset. Græcum nomen, quod

barbarico fingitur respondere, Εὐφηλάτ, pravitor Judaïsmus est, qui gentibus maledicebat: derivato nomine ex הלא-עם-ה.

Ibid. Ipsamque regionem ex ejus nomine Gadiritidem, Judaïcam; quæ succidens inimicos conterebat affligentes se: fictio nomine ac derivato ex קצץ-חת-ערץ.

Ibid. Secundi partus gemellos, unum quidem Ampherem; alterum Eudemona vocavit. Ἀμφήρης Judaïsmus prior sive carnalis est tribus Benjamin: qui occidebat spernentes se: fictio nomine ex ירד-דם. Εὐδαίμων, Judaïsmus alter, sive spiritalis ejusdem tribus Benjamin: qui gaudebat occidere afflictores se: derivato ob id eo nomine ex חדה-דם-ה.

Ibid. Tertii primum natum Mnesaa, Μνησάα: secundum, Αὐτόχθονα, Mysorius, Judaïsmus secundum litteram, sacerdotium est: qui oblationes dividebat: fictio nomine ob id ex נתח-מנה. Αὐτόχθων, Judaïsmus secundum spiritum, sacerdotium: qui pervertentes legem interficiebat: fictio nomine ac derivato ex קטע-חק-עוה-ה.

Ibid. Quarti vero, Elasippum quidem priorem; Mestorem vero posteriorem, Ἐλάσιππος Judaïsmus carnalis est Levitarum, qui [illegible] maledicens conterebat: fictio derivatoque nomine ex שפה-הלא. Μήστωρ, spiritalis Judaïsmus Levitici, qui [illegible] trans fodiebat vaginam, pro gladio: [illegible] Levitæ legantur, Exod. XXXII, 28. in adorantes vitulum aureum. Mestor ob id fictum nomen est ex נתר-נחר.

Ibid. Quinti denique, primum Azaën, secundum Diaprepem. Ἄζαης, Judaïsmus carnalis

est populi Hierosolymitani: Qui migravit, in Babyloniam scilicet captivitatem; filio nomine ex ΠΥΞ-Π. Διαπρεπὴς, Judaïsmus spiritalis est ejusdem populi Hierosolymitani: Qui adhuc otiosus est; filio nomine ac derivato ex ΠΡΠ-ΠΨΞ-ΠΠ. Quintum partum gemellum, Hierosolymitanum esse oportuit: quoniam Hierosolymis sacrificia peragi debuere.

Enjgitur ex pseudoPlatone seclemus gentis Atlantica, & quinq partus Principem gemellorum ex Neptuno & Clitone: quos Neptuni nepotes, Nοσταδῶνος ἀπογόνους etiam Proclus appellat, in Theologiam Platonis, libro v. cap. xxi. pag. 291.

NEPTVNVS. Judaïsmus vniversalis.

EVENOR, Judaïsmus filiorum Jacob in Ægypto. — LEVCIPPE, Synagoga filiorum Jacob in Ægypto.

CLITO, Synagoga filiorum Israël in deserto, & in Terra Juda.

1 ATLAS, Judaïsmus carnalis, tribus Juda.	GADIRVS, Judaïsmus spiritalis, tribus Juda.
2 AMPHERES, Judaïsmus carnalis, tribus Benjamin.	EVDAIMΩN, Judaïsmus spiritalis, tribus Benjamin.
3 MNESEVS, Judaïsmus carnalis, Sacerdotum.	AVTOCΘΩN, Judaïsmus spiritalis, Sacerdotum.
4 ELASIPPOS, Judaïsmus carnalis, Levitarum.	MESTΩR, Judaïsmus spiritalis, Levitarum.
5 AZAES, Judaïsmus carnalis, Hierosolymitanus.	DIAPREPES, Judaïsmus spiritalis, Hierosolymitanus.

Ibid. Hi porro omnes, ipsorumque posteri, multos per sæcula ibi habitarunt, & in multas alias insulas, (alias provincias sive regiones) imperium

vsurparent; impugnatis et etiam, quemadmodum diximus (in Timæo, pag. 25. A.) ad Ægyptum quidem, & Hetruriam, τῆς τε Ἀσίας καὶ τῆς Εὐρώπης, imperij finibus. (Respublica Judaïca extendebat se scilicet, cum Plato scribat, tum vsque in Ægyptum, [illegible] tum vsque in Hetruriam ‡ [illegible], sive [illegible] Judæi [illegible] de libro primo [illegible].

Ibid. In magno quippe honore erat (etiam extra Atlanticam insulam, sive Judæam veterem) Atlantis genus. Judæica gens vebes: Et continua multarum ætatem successione Rex natu major filio natu majori relinquebat imperium; (vt in regno Judæ) Quo ordine factum est, vt regnum multa per sæcula conservaretur: (vt in Davide & posteris, per annos 425.

Ibid. Tanta vero illis suppetebat divitiarum vbertas, quanta nullis antea regibus exstiterat, neque facile fuerit in posterum exstare. Acceptum istud ex 2. Paralip. IX, 27. vbi de Salomone: Tantumque copiam præbuit argenti in Jerusalem, quasi lapidum. Et versu 12, Erat autem pondus auri, quod afferebatur Salomoni per singulos annos sexcenta sexaginta sex talenta auri. Et versu 20. Argentum autem in diebus illis pro nihilo reputabatur.

Ibid. D. Magnus illic erat omnigenum rerum apparatus, quæ vel in vrbe fierent, vel ex alia regione importarentur in vrbem solent.

Ibid. Quamplurima vero suis incolis insula subministrabat; quæ quidem ad vitam commode transigendam pertinerent. Primum quidem

Nam] Hesperides [illegible] ille, quod in Armenia seu Mauritania Benjamin filius Jacob, Tudelæsis in Navarra, reperisse se Alexandriæ in Ægypto, trecentis ab hinc annis, scribit. Vide Ortelium, pag. 119. Bergium, pag. 119. & Leonem Africanum, pag. 119. Hetruriæ civitates. Scribebat [illegible] id, sub Alexandro III. Papa, quem de Judæis, pag. 119. Ibique pseudo-Plato Benjamino posteriores est.

Ad Atlantica Austria.

omnia, quæ ex terræ visceribus oriuntur; & quæ
solidam habent naturam, & quæ fusilem. Spe-
ctavit hic artifex illud Deuteronomij, cap. VIII,
7, 8, 9. Dominus enim Deus tuus introducet te in
terram bonam, terram vivorum, aquarumque,
& fontium .... terram frumenti, hordei, & vinea-
rum .... terram olei ac mellis. Vbi absque penu-
ria comedes panem tuum, & RERUM OMNIUM
ABUNDANTIA perfruëris; & de montibus ejus
ÆRIS METALLA fodiuntur.

Ibid. Et illud metallum, cujus hodie tantum
retinetur nomen, Ὀρείχαλκον videlicet, erat
illis temporibus nominatissimum; & ex multis
insulæ locis effodiebatur: hujus vero erat maxi-
ma gratia post aurum tunc temporis. Ut aliquid
de sua Atlantide singulare prædicaret, accepit istud
pseudo Plato, ex Plinio, cujus hic verba describit, ex
libro XXXIV. sect. I. ubi de æris metallis: Auri-
chalcum, inquit, quod præcipuam honoratam admi-
rationemque diu obtinuit, nec reperitur longo
jam tempore, effeta tellure. Sed imperite
pseudo Plato Ὀρείχαλκον scripsit pro Χρυσόχαλκον:
nam inde nomen habet Aurichalcum, quod splen-
dorem auri, æris duritiam possideat, ut ex Isi-
doro in Notis ad Plinium diximus.* Risum
enim Festus movet, qui ad excusandum pseudo-
Platonem, finxit verius Ὀρείχαλκον fuisse,
quod in montuosis locis invenitur, ἐν ὄρεσι.
Perinde quasi non ex montibus quodlibet genus
effodiatur æris.

Ibid. E. Jam ea materies, quam silva
præbuit ad architectorum opera, ex insulæ
abunde suppetebat. Ut in Judæa fuere LIGNA
SILVARUM, Psal. XCV, 12.

* memorabit & infra Timæi Locrensis, cap. XLVII, 20. ubi Salomonis dicitur, Collectisque quasi auricalcum auxum

Ibid. Et eximias animantes producebat, tum feras, quam domesticas. Elephantorum preterea ingens ibi copia. Animantibus porro, quæ per paludstria, lacus, fluvios degunt; vel per montes & planities ducantur, uberrimum inde constabat alimentum. . . . . Fingit ad augendam fabulam, congeriemque ea, quæ præsunt ruleie ad ubertatem regionis exaggerandam.

Pag. 115. A. Preter hæc quæcumque tellus nunc odorifera nutrit . . . . . etiam legumina . . . . .

Ibid. B. Accedebant & deliciarum genera fructus variarum arborum copiosissimi. Aderant quoque lætitiæ solatia, bellaria ægris jucunda.

Ibid. Hæc omnia insula, quæ quondam sub sole erat, ἡ τότε ποτὲ [illegible] ὑπὸ ἡλίῳ νῆσος ἱερὰ, insula sacra, speciosa, miranda, uberrima producebat. Atlantidem insulam sub sole nunc esse negat; hoc est, priscam illam & Antediluvianam Rempublicam Judaicam defisse significat.

Ibid. Ex quorum fructuum proventu insulani & templa & regia & fictilia & portus & navalia & universum regionis apparatum instruebant.

Ibid. Antiquissimæ metropoleos (Jerusalem Antediluvianæ) munimenta hoc ordine instruebant incolæ. Ibid. C. Primo quidem constructis pontibus viam struxerunt extra arcem ad ipsam regiam, quam in illa ipsa Dei majorumque heroum sede, in Neptuni, sive Judaismi universalis & priorumque Judaismorum heroum sede, initio dedicarunt. Aditus omnes Polytheis, ad regiam in fide tentandam, ponteis munimentis præclusos fuisse his verbis significatur.

Ibid. Donec ingentis ædificij moles ad stupendum quoddam magnitudinis miraculum excrevit. Regiam Salomonis amplificat; neque alio opere pretia rei commendetur, quam vbique gurgitatam

Ibid. Fossam etiam a mari ad extimum circulum deduxerunt. Longa est descriptio vrbis vel arcis & probe munitæ, qualem potest otiosa mens fingere.

Pag. 116 B. Arx igitur intra ipsam regiam itur erat constructa. Vt Arx Sion in ciuitate Dauid.

Ibid. C. In medio sanctum erat sacellum Clitonis & Neptunij: Κλειτῶ καὶ Ποσειδῶνος, (Synagogæ tribus Iuda, & Iudaïsmi vniuersalis) septo aureo circumdatum, & inaccessum.

Ibid. Illuc conuenientes a principio, Neptunus & Clito, DECEM Regum genus procrearunt: decem Iudaïsmos superius memoratos, siue quinque fœtus gemellos.

Ibid. Eo de quotannis e decem regionibus, subjectij decem appellatis superiores Iudaïsmis, conueniebant, vt solemnia pro more sacra peragerent, Nimirum vt in Psalmo CXXI, 3, 4. legitur: Ierusalem, quæ ædificatur vt ciuitas, cujus participatio ejus in idipsum: Illuc enim ascendebant tribus, tribus Iehuël, ad confitendum nomini Domini.

Ibid. Erat ibi Neptuni templum, (Iudaïsmi vniuersalis, patris Iudaïsmorum decem superiorum dictorum:) stadij vnius longitudine, latitudine trium jugerum: altum vero, quantum longitudo ejus latitudoque postulare videbatur: aspectu tamen ipso, summa barbarica: Hoc est, summa Iudaïca. Nebulo improbus, mysticas nobis imitatus mensuras, quales Ezechiel propheta in templo suo

describendo adhibuit; quod est ipsa ut fere ipsthic, Judaica sive Ismaelitica synagoga. ~~Hoc templo~~ ~~in templo erat~~ ~~Deum qui omnia est, dedam petrus~~ ~~ipsum habe~~ ~~ssent~~

Ibid. D. Exteriores porro Templi partes argento exornaverunt, praeter fastigia, quae auro illita emicabant. Intus autem laquearia tota eburnea, auro, argento, orichalco, variegato opere caelato conspicuebantur. Luxuriantis descriptio ad admirationem legentibus faciendam.

Ibid. Aureas porro statuas erexerunt. Deum quidem curru insidentem, (Judaismum universalem, Arcae foederis insidentem. Nam Arca foederis ~~Currus~~ Dei est, Psal. LXVII, 18.) tenentem alatorum equorum habenas; (quia cum equis jungi debet dici:) tantae autem corporis proceritatis, (visum est enim certe corpus Judaismi universalis:) ut laquearia cervice contingeret.

Ibid. Centum vero Nereides, (Judaicae synagogae; quas quidem appellari Nereidas oportuit, si quidem Judaismus Neptunus est:) delphinis insidentes; (ut Nereides hoc indicio esse intelligerentur:) ipsum circumstabant; tot enim esse tunc existimabantur.

Ibid. E. Aderant & aliae statuae: donaria videlicet a primis hominibus consecrata; a primis Judaeis.

Ibid. Extra templum exstabant aureae imagines mulierum regiarum ex auro; (principalium synagogarum,) & virorum (& Judaismorum:) qui ex illa decem Regum progenie exstiterunt. Ex decem Judaismis, seu quinis gemellis, superius memoratis.

Ibid. Multa quoque alia tum Regum (principalium Judaismorum) tum privatorum hominum,

(Iudäismorum singularium:) partim ex ipsa civitate, Antediluviana Ierusalem:) partim ex provinciis ademto donaria. (ex subjectis aliorum aliorum Iudäismorum.

Ibid. Adeunt item altare, eadem qua cetera omnia & magnitudine & arte elaborandum. Vt Altare holocaustorum.

Pag. 117. A. Vniversa quoque regia ad Imperij majestatem fabricata exstabat, & sacrorum ornamentis conveniens. Vt Regia domus Salomonis, III. Reg. VII.

Ibid. Vtebantur autem fontibus tam calidis quam frigidis.... ad voluptatem & ad necessitatem. Illud Iudäismis carnalibus, istud spiritalibus congruebat.

Ibid. Circa illos fontes exstructæ erant ædes, & arbores consitæ.... Sedes aptatæ erant ..... calidis lavacris hiberno tempore circumdatæ..... Quæ fingi possunt ad delicias, & ad loci splendorem exaggerandum, scribit homo otiosus.

Ibid. B. Emanantem vero laticem deduxerunt ad Neptuni lucum: ad lucum Iudäismi universalis; vti dictus Rot loco est, ob Polum luci, quem fecerat Manasses in templo Domini, IV. Reg. XXI, 7

Ibid. Inde in exteriores circuitus per aquæductus ad pontes deduxerunt. In fossas civitatis: ut probe munita Iudäismi civitas primaria intelligatur.

Ibid. C. Circa mediam majorem insulam erant Circus... ad equestre certamen. Nam & ludis oblectat se Iudäismus carnalis.

Ibid. Navalia autem triremibus.... instructa. Scilicet ut insulam his instructam decet esse. Tamen artem navigandi superius dixit nondum tunc fuisse inventam, pag. 113. D.

Ibid. D. Sinus amoenus ipse, & capacissimus portus navibus erat plenus, & mercatoribus undique confluentibus. ~~Vtebatur [illegible] diebus hoc elemento, & tigna, & impulsu flabrorum, hyemare cibi,~~

Ibid. E. De antiqua illius igitur (& Antediluviana scilicet) Urbis statu, quae tunc diva fuit, haec repetamus memoria. Deinceps vero ceteras regionis naturam & cultum conabimur commemorare. Haec ob eam solummodo causam describimus, ne quid praetermisisse existimetur de Atlantide, quod fuit interfit.

Pag. 118. A. Principio universus locus admodum editus, & a mari praeruptus dicebatur. Supra ceteras regiones sublimatus, quae in orbe, velut in mari insulae sunt: ~~Regio circumjacentibus~~ gentilibus inaccessus & solatris. Regio vero, quae circa urbem, facili planitie exporrecta. . . . . montibus a mari surgentibus . . . . . circumdabatur. Psal. CXXIV, 2. Montes in circuitu ejus.

Ibid. Cujus longitudo ter mille stadiorum. Mensuris mystice intelligendis, ~~[illegible]~~ Ezechielis exemplo.

Ibid. B. Montes autem, quibus circumcingebatur, & multitudine, & magnitudine, & pulchritudine, supra eos omnes, qui hodie superstant, maxime celebrantur. Celebrantur sane maxime in sacris libris, Montana Judeae.

Ibid. In iis autem & vici quamplurimi & locupletissimi. . . . Neque deerant amnes, non lacus. . . . . Silva item frequens. . . . (Psal. XLIX, 10. Mea sunt omnes fere silvarum.

Ibid. C. Ipsa regio quadrata erat figura. Ut civitas in quadro posita, Apoc. XXI, 16.

Ibid. Deducebantur e montibus ligna in Urbem; & alia quoque res omnes suis quaeque temporibus.

Ibid. Ut autem militarium hominum, qui eam planitiem excolebant, constaret census, hic ordo ad-

hibebatur. Fingit quemadmodum cogi ac distribui militibus stipendia conset oportere, ne quid bono Reipublicæ regimini desit.

Pag. 119. B. Apparatus autem bellici in regia & primaria Urbe hic erat stabes. Reliquarum autem novem Urbium, (Synagogarum novem, extra primam, totidem Judaïsmis subjectarum, è decem superius memoratis:) apparatus alius aliter se habebat: quod quidem longum esset referre. Piget hominem tot commemorasse nugas.

Ibid. C. Quod autem attinet ad honores, qui magistratibus tribuuntur, hic ordo institutus erat initio. Unusquisque DECEM REGUM (decem principium Judaïsmorum) in sua provincia, (in suo Judaïsmo:) & in ijs urbibus (& in ijs functionibus) quæ suæ ditionis essent, & suis hominibus, & legibus, summa quadam præerat auctoritate. Leviticus Judaïsmus, exempli gratia, suas Levitis leges scribebat: & pro arbitrio quemlibet (legis prævaricatorem) modò damnabat. Nam lex Mosis scilicet ministratio mortis fuit, 2. Cor. III, 7.

Ibid. Mutui autem imperij, quod inter primarios erat: (mutuo enim imperabant, & suis muneribus conjunctim fungebantur Judaïsmi primarij decem supra memorati:) communitas, ex diserta Neptuni (Judaïsmi universalis) mandatis, qui hac de re certis legibus caverat, (quæ continentur in Pentateucho) describebatur. Ne Levita, exempli gratia, sine sacerdotibus, aut hi sine illis, rem sacram facerent; ne Juda, vel Benjamin, vel Hierosolyma, sine sacerdotibus & Levita, rem sacram attingeret.

Ibid. D. Hæ leges in Orichalcea columna excisæ erant, perpetuis litterarum monumentis man-

date, ad memoriam sempiternam: & ea in medio insulæ erat in Neptuni fano: in templo Judaïsmi universalis.

Ibid. Illi igitur quinto & alternatim sexto quoque anno conveniebant, tum pari, quam impari numero æquam partem distribuentes. Congregati de Republica deliberabant; & quæstionem habebant, an quis adversus leges aliquid peccasset: & ex legis præscripto judicia moderabantur.

Ibid. E. Cum in ipso Neptuni (Judaïsmi universalis) fano soluti essent tauri ad sacrificandum destinati, DECEM illi REGES (Judaïsmi decem primarii, superiores appellati; Judaïcus, Benjaminicus, Sacerdotalis, Leviticus, Hierosolymitanus; nam Hierosolymis sacra fieri oportuit:) cum seorsum precati essent, ubi Deo (Judaïsmo universali) grata esset victima, quam sine dolo capturi essent: Tum ligneis & laqueis solis victimam eam venabantur. Quem vero taurum cepissent, ad columnam adducebant, Orichalceam, de qua proxime dictum est; in ipsius columnæ vertice, in ipsa pene litterarum inscriptione, victimam jugulabant.

Ibid. In ipsa autem columna, præter eas leges, juramentum exsecratioque terribilis erat in eos, qui his præceptis minime paruissent. (Duodecim ea sunt maledictiones, scriptæ in Deuteronomio, cap. XXVII, 15. & seqq. Maledictus homo, qui fecit sculptile & conflatile, &c.

Ibid. Quando igitur sacrificijs de more peractis, jam crematuri erant singula tauri membra; tum in ea singulatim e cratere guttam sanguinis infundebant; tum partem carnis in ignem projiciebant. . . . His peractis, hauriendo e

crtere aureis phialis, & in ignem ~~columnam~~ libarent, jurabant se jurabunt se ex legum columna inscriptarum præscripto judicaturos; in eumque animadversuros, qui leges transgressus esset: tum vero se neminem ~~fronte~~ illarum illarum præscripta transgressuros.

Pag. 120. B. Hæc unusquisque illorum sibi ipsi posterisque precantes, vbi se bibisset, & phialam consecrasset Deo, (Iudæismo universali:) tum se ad cœnam & ad res necessarias convertit.

Ibid. Nocte vero..... ad hostianum, quas jurisjurandi causa adhibitas fuisse diximus, reliquias semiambustas lassitabant; & si quid ignis remansisset, prorsus extinguebant.

Ibid. C. His peractis, ad judicia se convertebant.

Ibid. Multæ porro & aliæ leges singulorum REGUM (principalium decem Iudæismorum) circa sacra, ab unoquoque nimirum singulatim latæ: Hæ vero maxime: Ne alij in alios arma ferrent unquam; Leviticus, ~~in~~ exempli gratia, in sacerdotalem, & vicissim hic in illum; atque ita de ceteris: sed omnibus mutuo opem auxiliumque ferrent, si quis aliqua in civitate Regum ipsorum genus, (Iudæismum unum aliquem e decem superius nominatis) delere conarebur.

Ibid. D. Et cum in commune..... deliberassent, summam imperij dignitatem Atlantico generi attribuissent, Iudæismo tribus Iuda: juxta illud scilicet jam superius laudatum Psalmi LIX, 9. IVDA REX MEVS. Et 1. Paralip. XXVIII, 4. De IVDA enim elegit ~~Principes~~ PRINCIPES.

Ibid. Necis tamen potestatem adversus cognatos Principes (adversus alios Iudæismos novem)

Regi minime concedebant, (Judaïsmo e tribu Juda) nisi ex illo regiorum Principum (principalium Judaïsmorum) collegio, plures quam pars dimidia in eandem sententiam conveniissent.

Ibid. E. Talem itaque tantamque potentiam quæ in illis locis tunc erat, Deus ὁ Θεὸς (Pseudoplutonj τὸ ἀγαθὸν. Bonum in genere, & Fatum, in personam Jovis prætericam mutatum per prosopopœiam:) certo quodam & destinato ordine ad hæc rursus loca reduxit, hujusmodi quadam, ut fertur, occasione.

Pag. 121. B. Postquam divina sors, ~~mundana~~ (divinæ particula auræ, quæ in homine est, mutis mortalium cupiditatibus ~~caprorum~~ ~~pecudibus~~ sordibus immixta & debilis in hominibus exstitit..... tum sane Deus deorum Jupiter, legum vinctor atque custos,..... cum generosum animantium genus animadverteret depravari; & certum quoddam IVS vellet eis imponere, Deos omnes convocat, atque sic dicere est exorsus. Hic liber desinit, non ausо artifice Jovis orationem commentisci, in qua cur vellet Judaïsmum reduci, Deos esset docturus:—

EX TIMÆO.

Titulus dialogi est,

Τίμαιος } Judæus
ἢ περὶ φύσεως } prævaricator est.

Timæus, acceptum ex Plinij libris nomen, hic derivatur ex טמא: ut Judæum significet, qui immundus & pollutus est. Φύσεως, ex הוא-עשה: quod est, prævaricator est.

Pag. 20. Aggreditur idem ipse Critias de-

scriptionem insulæ Atlanticæ, hoc est, vt diximus, Reipublicæ Iudaicæ, qualis fingitur ante diluvium exstitisse. Propterea vocat Τιμαῖος, hoc est, Iudæus, vel Iudaïsmus, Dialogus ille inscribitur.

Ibid. D. Audi igitur, Socrates, mirum quidem sermonem, veritatis tamen plenum: λόγον μὲν ἄτοπον, πάντάπασι μὲν οὖν ἀληθῆ. quem Solon e sapientibus septem sapientissimus referebat.

Ibid. Cum illo enim magna intercedebat familiaritas & Dropide proavo nostro .... avo autem nostro Critiæ, quemadmodum nobis senex narrabat, magna & admirabilia opera ipsius civitatis (Athenensis) & antiqua illa quidem referebat. Solonis testimonio scilicet, sibi hanc narrationem opportune, & omnem, qui ex ipso Solone tunc antiquiore didicissent.

Pag. 21. D. E. Est quidam in Ægypto in Delta, vbi circa caput findituꝛ Nili flumen, præfecturæ dicta Saïtica. Hujus maxima civitas, μητρόπολις, Saïs, vnde Amasis rex fuit; & vbi Dea civitatis præses, quam Ægyptij Νηΐθ, Græci Ἀθηνᾶν nominant, vt illi perhibent. Si Ægypti nomine Ægyptum intelligimus, de Saïticæ præfecturæ situ, Platonj non convenit cum Herodoto, Strabone, & Ptolemæo. Nam hi Saïten nomon circa medium Delta, mediaque fere itinere inter Nili fissuram & ostium Sebennyticum collocant, longe ab ipso fissuræ capite. At hic Ægyptus pro Iudæa est, quoniam egressi de Ægypto, ibique nati primum & educati fuere Iudæi. Circa primam Nili fissuram, ~~vbi a gentibilibus de~~ ~~sumpsere exordium Iudæi~~, significat, vbi se primum Iudaïsmus visus est findere, recedens ab Ismaël

& Samaria. Nilus enim pro Judaismo, Qui recessit. derivato nomine ex verbo נָגַשׁ. Civitas magna, non Laïs certe Aegyptiaca: nam quis de ista quotale aliquid scripsit? ~~extat~~ Nemo, vel unus. At Hierosolyma, longe clarissima urbium Orientis, non Judaeae modo, inquit Plinius, libro v. cap. xv. Eadem hic Laïs aenigmatice, Quae desolata est: derivato nomine ex נָשַׁם. Inde & Amasis rex fuit, hoc est, Christus Rex: Qui occidentes se Judaei, ~~segregans eos ab Judaismo~~ ~~eiusdem Amasis~~ & partem eorum pro ethnicis, Matth. xxiv, 51. Derivatur ob ה nomen Amasis ex נָשָׂא-חֹם. Dea civitatis praeses est, quam Aegyptii, hoc est, quam Judaei, נֵית, Graeci Ἀθηνᾶν vocant, ut quidem Aegyptii, hoc est, illi ipsi Judaei, ~~mox~~ perhibent. Hoc est admonere, ex his duabus vocibus alterum esse mere Hebraeam; alterum jam ex Hebraeo a Judaeis illis Judaeis, ut idem & utroque vocabulo exhibeatur. Est enim Dea illa sub utroque nomine Judaïca indole Bellatrix, sive Pallas: Neïth, Quae lamentantes conterebat: hinc nomine ex נוּת-הֵן. Ἀθηνᾶ ex Hebraeo, נוּת-הֵן est, Quae conterebat afflictantes se: & quid ferme idem ac Neïth profecto est.

Ibid. E. Ipsi porro Athenienses amici sunt, φιλαθήναιοι; eiusque generis quodam conjunctos esse se praedicant. Legit Acta Apostolorum nebulo: in quibus vidit unum ex istis Aegyptiis, sive Judaeis, Apostolum Paulum nimirum, fuisse reipsa vere φιλαθήναιον: qui & in concione ad Athenienses praedicarit se ejusdem cum ipsis generis esse; quippe ab uno Deo anima aeque rationali donatos. Sic enim ille,

cap. XVII, 22. & seqq. Viri Athenienses ..... Deus qui fecit mundum ... fecitque EX VNO OMNE GENUS HOMINUM ..... sint & quidam vestrorum Poëtarum dixerunt: Ipsius enim & GENUS SUMUS. GENUS ergo cum simus Dei, &c. Alioqui expediat, qui poterit, quemadmodum genere conjuncti Saïtæ Ægyptij cum Athenienſibus fuerint.

Ibid. Quo cum Solon profectus esset, (in Ægyptum ad Amasim regem se contulisse Solonem, vt leges apturs Athenienſibus conderet, refert Herodotus, libro 1. n. XXX. hoc tantum. Inde accepit iste occasionem comminiscendi, quæ hic adjicit de rerum antiquitate.

Pag. 22. A. Magno apud illos se pretio & honore se fuisse dicebat. Verum cum ipse de rebus antiquis incolas & sacerdotes rogaret, qui illarum rerum præter ceteros peritissimi essent; (Iudei certe præter ceteros antiquitatis peritissimi sunt, a Mose docti:) comperit, neque se, neque quemquam alium Græcorum, de vera antiquitate quidquam vnquam cognouisse.

Ibid. Cum igitur eorum sacerdotibus, vt eos ad hæc narranda provocaret, de antiquissimis Athenarum rebus disseruisset; de Phoroneo primo dicto, atque Niobe: & post diluvium rursum de Deucalione & Pyrrha, vt fabulæ referunt, & de eorum propagine verba fecisset: fabulæ hæc sunt sane, vt Phoronei & Niobes nomine Iudaïsmus primus sive carnalis præsignificetur, & Synagoga pueriter carnalis: deinde

post diluvium, hoc est allegorice, post baptismum Christi, Judaismus spiritalis praenunciatur redatur; & Synagoga pariter spiritalis, in libris etiam scriptorum profanorum, sed suppositiis. Phoroneus nomen acceptum ex Plinio, apud fabulatores pro Judaismo primo, sive carnali ponitur: Qui conterebat affligendo se: ex עָנָה-רוּד. Niobe Niobe, acceptum nomen ex Homero, hic ponitur pro Synagoga ei Judaismo juncta, Quae lamentans absumebat se: ex נָהָה-חָנָא. Deucalion pro Judaismo altero, sive spirituali, Qui affligendo se maledicens affligit, derivato nomine ob ף ex דְּעִיכָה-אֲלָה-עָנָה. Pyrrha, Synagoga ei juncta, Quae vilescebatur filio nomine ex יָרַד. Alius ac verus apud Herodotum & Virgilium in Georgicis Deucalion est, quia Utrobique sine Pyrrha.

Ibid. B. Tunc Seniorum sacerdotem unus dixit: O Solon, Solon, vos semper Graeci pueri estis; nec quisquam ex Graecia ~~sapit~~ senex est. Vos Juvenes estis animis ~~omnes~~ omnes: in quibus nulla est ex vetustatis commemoratione prisca opinio, nulla certa scientia. Quod deo vobis contingit; quia multa & varia Hominum INITIA FUERUNT ET ERUNT: Multas praecessisse mundi renovationes & ἀποκαταστάσεις docet, multas futuras docet; atque adeo mundum ponit esse aeternum. Harum autem mundi interitionum alias hic addit evenire nimio calore, alias aquarum inundatione.

Ibid. Illud enimvero, quod apud vos de Phaëthonte circumfertur; Ipsum quondam Solis filium, cum patris currum junxisset,

nec posset per patris viam ducere, & terram combussisse; & ipsum fulmine tactum periisse: quamvis fabulosum esse videatur; verum quodammodo esse putandum est. Fit enim longo temporum intervallo cælestis circuitus permutatio quædam, quam inflammationis vastitas necessario sequitur. Insulsior, quam ipsa fabula, hæc affabulatio est: perinde quasi nihil illa docuat, quam inferiora hæc omnia interdum calore e cælo penuri. Sed ex industria vetenator impiobus falsam manifeste interpretationem affert; ~~errorem~~ nam ubi vel quis in ea Phaëthon? quis pater? aut quod a Jove fulmen? Ineptam, inquam, expositionem affert, ne vera, quam dissimulat, statim agnoscatur: quam invenire certe haud promptum est, nisi scientibus ad Judaïsmum, vel ad Christum Dominum ipsum referri plerasque has fabulas oportere. Sensus itaque Phaëthontea fabulæ hic est: Judaïsmum carnalem Judaïsmi spiritalis filium, cum patris regnum administrandum suscepisset, hoc est, Judaïcam Rempublicam; nec posset, ut pater, illud regere; & Judæam combussisse; tunc sublicat, cum Judæi ~~flagitiose~~ & ~~male~~ secundum carnem viventes, ac desciscentes a Dei lege, patriæ suæ accesserint incendium, quo Hierosolyma & tota propemodum Judæa sub Vespasiano conflagravit; & ipsum denique Judaïsmum carnalem ~~ab~~ quasi flammis cælestibus extinctum fuisse. Sol, ἥλιος, derivato nomine ἥλιός, (nam ob id fabula esse Græca hic affirmatur:) ex ,ל-הי: Judaïsmus spiritalis est, Qui juxta Deum, apud Deum, cum Deo, in Deo est. Φαέθων pro Judaïsmo carnali ponitur, Qui clamans interficiebat: ut

cum clamavit, Tolle, tolle, crucifige, Christum jn-
teremit. Ob id φαέθων, quod apud Homerum vel
epitheton solis est, ἠέλιος φαέθων, vel nomen
alterius ex equis solis, Odyss. 4. hic derivatur ex
Hebræo ☛ זיו-אוד.

Ibid. D. Nobis porro Nilus, cum jn cæteris
rebus salutaris est, tum hujusmodj a nobis
arcet exitium. Quando enim dj aquarum collu-
vione terræ sordes diluit; tunc pastores ovium
atque bubulej, qui juga montium habitant, peri-
culum jstud evadunt. Vestræ autem civitates
jn planitie sitæ impetu fluminum ad maria
rapiuntur. Cum eo spectaret jmprobus, vt ad-
struere mundum esse æternum, ac varijs con-
stare conversionibus at restitutionibus, renovatv
subinde genere humano ~~ex superstitibus quibus~~
~~dam reliquijs~~ post diversa diluvia, quibus obru-
tum fuerat ac prope extinctum, residuo tantum
exiguo semine, ex quo jterum crescerent;
jd exemplo tum veteris & Antediluvianæ
Athenarum civitatis, tum Atlanticæ veteris
jnsulæ, puriter cum prisjs Athenis aquarum
copia obruta, comprobandum suscepit. Hic au-
tem a sequalibus posse jntelligit, unde ej jnnotue-
rint, quæ de utraque illa vetere Republica pro-
dit; cum & jllis diluvijs monumenta rerum scrip-
tarum, æque atque ipsos homines, jnterisse
necesse sit: & ipsis Athenjensibus sint jgnota
prorsus vetustæ illæ & diluvium antecedentia
tempora. Respondet hanc esse prærogativam
Ægyptj, (hoc est, Judeæ) vt cum aquæ exundant,
ad montes perfugium sit; quod jn Attica non est.

Pag. 23. C. Vtique novj estis circa antiqui-
tatem..... Etenim vos VNIVS DILVVII TANTVM
meministis: (Plinius jpse certe vnius soleum-

modo meminit: cetera sunt post ipsum nata fictaque:) cum PLURA tamen antea exstiterint.

Ibid. Illud etiam vos latet, quodnam inter Græcos homines vestræ regionis, præstantissimum optimumque sit genus, ex quo nimirum Deus & civitas vestra, (Athenæ) Solon, est propagata: exiguo semine quondam publicæ cladi superstite. Quæ res vobis hactenus fuerunt incognitæ.

Ibid. C. D. Erat nimirum quondam, ante maximum illud aquarum diluvium, quæ nunc Athenienſium vocatur amplissima civitas, optimis legibus, & ad bellum & ad omnes vitæ rationes ornata atque instructa: Cujus quidem res gestæ .... & legis institutæ .... celebrantur. Cum Atlantica insula, ut vidimus, Judaïca & Antediluviana Respublica sit, eique alterum opposita, gentilis & Europæa Respublica; ad laudem Athenarum ab Athenienſi Platone dicit ea Athenienſis diu, & miris celebrari laudibus, longe supra vicinas regiones; ut æque vere existimentur, quæ de utroque fabulatur.

Ibid. E. Dicam igitur in tuam & tuæ civitatis gratiam, Solon; Deæ vero illius maxime, quæ de nostrum hanc (Saïn, hoc est, Hierosolymam) & vestrum patriam (Athenas) priorem illam annis mille, quam nostrum, sortita creavit, educavit, instituit: (Νιὶθ nimirum, quæ & Ἀθηνᾶ, ut dictum est supra, Judaïca indoles:) accepto nimirum ex Terra & Vulcano semine, (ex Terra, unde corpus humanum fingeretur, & Vulcano sive Igne, unde animus esset:) tunc demum ipsa etiam instauravit. Processisse dicit annis mille Athenienſium Rempublicam, hoc est,

Gentilissimum, ante Saïticam, hoc est, ante Rempublicam Iudaïcam Hierosolymitanam.

Ibid. Posteriorum autem hujus nostræ urbis, (Saïs, hoc est, Hierosolyma) res octo annorum millibus gestæ libris sacris continentur. Novem igitur millium annorum seriem, quibus illi majores nostri exstiterunt, (octo pro Saïticis, novem pro Atheniensibus, quæ sunt annis, ut dictum est, mille priores:) tibi breviter demonstrabo, & leges, & præclarissimum quoddam ab illis editum opus. Deinceps vero, cum plut. plus dabitur alii, accepto Historiarum libro latius exponemus. At primum leges illorum considera, quo pacto cum his nostris conveniant: (Atticæ leges cum Saïticis, hoc est, cum Iudaïcis sive Hierosolymitanis.) Multa enim in his similia illis reperio.

Pag. 24. A. Primum igitur sacerdotum genus ab aliis seorsum distinguebatur: tum opificum.... dein pastorum & venatorum; (ut sub Salomone fuit venatio cervorum, capreanum, atque bubalorum, & avium altilium, 3. Reg. IV, 21. fuere & operarii de omni Israël, cap. v, 13.) atque agricolarum. Bellicosum quidem hominum genus (viri bellatores, passim in libris sacris:) ab omnibus... sepuratum comperies. Accedit conformatio.... clypeorum & hastarum, quibus nos primi in Asia usi sumus, (in terra Sandra:) Et Dea, ut illis in locis, sic & vobis ipsis hæc tradidit. (Nηΐθ sive Athenæ, bellatrix indoles Iudaïca, quæ & Pallas, arma Atheniensibus æque ac Saïticis, hoc est, Hierosolymitanis, suggessit.

Ibid. C. Rebus divinis igitur primum constitutis, cetera addidit omnia, quæ ad humanæ

societatis disciplinam rationemque pertinent.

Ibid. Dea igitur illa (Pallas, quæ & Minerva) & armorum & prudentiæ studiosa, eum locum, qui optimos homines editurus esset, elegit, & habitationi accommodavit.

Ibid. D. Vos ergo eum locum incolitis, hujusmodi legibus utentes, ut omnis virtutis genere ceteris mortalibus superetis; sicuti eos decet, qui a diis geniti, a Pallade, quæ & Minerva, & educati fuerunt.

Ibid. Multa quidem res & magna a vestra civitate (Atheniensi) olim gestæ, admiratione dignæ circumferuntur. Scriptæ enim illa narrant, quantas olim vires vestræ civitas compescuerit eorum hominum, qui ex Atlantico mari profecti, uno impetu vastitatem in universam Europam & Asiam importabant. Atlanticos intelligit fabulosos, de quibus in Critia egimus: eosque nomine Judæos priscos designat, fictosque Antediluvianos: qui ex insula sua eruumpentes, synagogas in Europa & Asia etiam tunc condidisse fingunter.

Ibid. E. Pervium enim tunc erat illud mare; ut quæ in insula ea gerentur, hominum ultro citroque commeantium commercio fieri possent, adjecit ibidem opportune.

Ibid. Insulam autem in ore & quasi vestibulo ejus habent, quod os vocatis, ut quidem dicitis, Herculis columnas: Judaïsmi claustra, ut in Critia diximus.

Ibid. Illam vero insulam Libyæ & Asiæ majorem (Judaïcam illam veterem Rempublicam Libyæ & Asiæ promajorem,) atque ampliorem; ex qua ad alias insulas esset transitus;

ex illis vero insulis ad oppositam quoque continentem.

Pag. 25. A. In hac ergo Atlantica insula (Iudaïca vetere Republica) magna & admirabilis erat REGVM potentia, (principalium Iudaïsmorum decem, quos in Critia suis nominibus appellavit:) qui totij insulæ illi, multisque alijs, de maxime patrij terræ continentis; præterea etiam his quæ apud nos sunt, dominabantur; (deductis vbique, velut coloniis, innumeris Synagogis:) siquidem ab interiore Libya [illegible] vsque in Ægyptum; in Europa vero vsque ad Hetruriam, præter Tyrrhenias, impenebat. In Ægypto quidem, [illegible], in Hetruria vero, [illegible], vt in Critia diximus, Interiorem vero.

Ibid. B. Illa itaque REGVM (principalium Iudaïsmorum) in vnum collecta potentia, & vestras, & nostras, & omnes eas, quæ juxta illud erant, regiones, in seruitutem redigere conabatur. Votum illud quidem Iudaïcum fuit: ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis: ad alligandos reges eorum in compedibus, [illegible]. sed & vbique voluere ædificare Synagogas.

Ibid. Tunc vero vestra, Solon, ciuitatis, (veterum Athenarum) potentia, præter cæteros mortales, maxime excelluit robore & virtute ..... ita vt hostibus deuictis trophæa erigeret: quale postea Vespasianus erexit, IVDÆA CAPTA.

Ibid. C. Cum partim communi ceterorum Græcorum (gentilium) nomine, summam rerum obtinuisset; partim a reliquis Græcis destituta, & in summum adducta periculum, cogeretur suj defendendj rationes inire privatim, & per se, ab alijs

Libyam. Dum appellat Ægyptum, vt in Critia, Benjamin Tudelensis Itinerarium, vbi pag. 98. & 99. Indiam Æthiopiam, & Abchasiam, cujus incolæ Lubij sive Libyes, impiè vocantur, Kabeæ multos Ismaëlitas reperiunt, sui simillimos, in suis moribus ac tonsura, quæ sunt mendacia impostoris.

separata. Tunc nimirum restitit Athenensis civitas ac gentilitas Judaïsmo, cum Apostolo Paulo ad Christi fidem converteret eam volenti noluit assentiri.

Ibid. Eos vero, qui nondum in eorum ditionem potestatemque venerant, prohibuit ne venirent. Alios autem, nos nimirum, quotquot citra Herculis fines, (citra limites Judaïsmi,) ἐντὸς ὅρων Ἡρακλέων, habitamus, amplissime omnes in libertatem revocavit, ut suo genus quodque arbitrio viveret.

Ibid. C. D. Postquam autem diluvium & terræ motus exstiterunt, una superveniente nocte ac die, totum illud bellicosum genus, quod apud vos erat, simul in terram absorptum fuit: illaque etiam Atlantica insula (Respublica vestra & Antediluviana Judaïca) similiter mari haustu evanuit.

Ibid. D. Unde & illud mare trajectu & inventu difficile est; cum cœnum adhuc copiosum ex insulæ reliquiis remanserit. Judaïsmum, qui nunc residuus est, lutulentum esse dixit; ex quo dignoscere non possis, qualis vetus sive Atlanticus fuerit.

Ibid. Hæc fere sunt, Socrates, quæ a vetere Critia ex Solonis auditu commemorata memini. Hic finis de Atlantica insula narrationis Platonicæ est: cujus auctorem animadvertere promptum est, legisse Pentateuchum, & Psalmos, Isaïam & Ezechielem, Acta Apostolorum, & Apocalypsin; & e profanis scriptoribus Plinii verba describere: vidisse denique Judaïsmum extinctum, Judæamque captam, & bustum Hierosolymorum, in Phaëthonte percusso fulmine. Et hic Plato verus, non magis personatus est!

Anno 1215. magna de libris Aristotelis quæstio

Parisijs fuit: de Platone nulla est audita vox: nondum
extabat quidquam illius inscriptum nomine.



